Res. 2°
Dogm
280

Digitized by Google

2° Dogm.
280

L° Dogm 280

Summa Breuis Theologie a Ferdinando Ponzetto tituli sancti Pancratii presbitero Card. nuper edita.

Ferdinandus Pozettus Car. Melfitens. suo Reuerendissimo dño ꝛ patrono Innocentio Diacono Card. tituli S. Marie in dónica: ꝛ S. R. E. Camerario Salutem.

SVmmulam nō minus breuem q̄ apertā ueluti exemplum eorum quæ in diuina scientia continet: quam nuper absolui tibi dicare decreui, cum piissimus sis: ac nepos fidelissimi Leonis papæ. X. qui die noctuq; pro salute/cōmodo/& pace totius reip. christianæ pervigilat. accedunt prudentia/& optimi mores tui tuorūq; progenitorū splendor, ac pietissimi proaui tui Aronis de uetustissima & nobilissima domo Tomacellea, quæ hodie ratione eiusdē significati Ciboccа appellat: in qua q̄plures principes & duces claruere: quem tota familia mea, quæ ædes uidinas illi habebat, & uniuersa pene ciuitas neapolitan. ob eius singulares uirtutes celebrabant pariter & obseruabant. Hæc cum me adhortarentur, cogitaui imitari uenditores, qui degustationem quandam uenundarum rerum emptoribus tradere solent: ut si pauca tibi grata essent: quāplura alia forte gratiora indies mittere non uererer. Et quamuis multi conati fuerunt edere diuersa compendia huius scientiæ confusa & obscura: nō propterea mihi licuit illa improbare: tum quia agitur de rebus fidei & caritatis: tum ne sermo noster prolixior redderet: attamen si hæc accurate legeris, cōperies cuncta ueritissimis optimisq; fundamentis fuisse digesta. Siquid uero remanserit de hæresibus & ipsarū speciebus & scismatibus undecunq; insurgentibus, ac iudicibus modo procedendi/& pœnis in tertia parte nostræ philosophiæ moralis libro primo: & de statu Cardinalium libro tertio: & de facultatibus pontificum lib. quinto trac. secundo: & de conciliis libro sexto: & de canonizatione sanctorum libro ultimo. De pertinentibus uero ad alios prælatos, in libro de sacramentis plene, ut reor, fuit absolutum.

Rubrice Librorum Tractatuum ꝛ Capitulorum Summe Breuis Theologie.

Liber Primus.

Tractatus. i. de breui notitia illius.

Cap.i. de intentione dicendorum.
Cap.ii. de eius subiecto uniuersali.
Cap.iii. an in ista scientia procedatur diffuntiue & diuisiue.
Cap.iiii. de modis declarandi sacram scripturam.
Cap.v. quomodo auditor debet esse dispositus.

Trac. ii. de fundamentis ꝛ causis huius scientie.

Cap.i. de illis quæ ualent ad notitiam dicendorum.
Cap.ii. de productionibus intrinsecis.
Cap.iii. de aliis attributis.
Cap.iiii. de aliquibus nominibus diuinis.

Trac. iii. de ꝓductionibus extrinsecis.

Cap.i. de præsupponendis pro notitia.
Cap.ii. an ꝓductio mūdi sit articulus fidei, uł possit demōstrari.
Cap.iii. de tempore & ordine producibilium.
Cap.iiii. de productionibus angelorum.
Cap.v. de statu illorum in genere.

Trac. iiii. de statu hominis.

Cap. i. de conditionibus animæ.
Cap. ii. de formatione primi hominis.
Cap. iii. de aliorum declaratione.
Cap. iiii. de causis ruinæ illorum.

Trac. v. de peccatis in genere.

Cap. i. de illorum distinctione & causa.
Cap. ii. de peccato actuali in particulari.
Cap. iii. de diuersis generibus peccatorum.
Cap. iiii. de peccato in spiritum sanctum.

Liber Secundus.

Trac. i. de incarnatione verbi.

Cap. i. an genus humanum potuerit aliter reparari.
Cap. ii. de considerandis circa incarnationem.
Cap. iii. de modo incarnationis.
Cap. iiii. de congruentia temporis.

Trac. ii. de plenitudine perfectionis Christi.

Cap. i. an in eo fuerit omnis gratia.
Cap. ii. de eius sapientia.
Cap. iii. in quo tẽpore perfectio meritoꝝ incœpit in Christo.

Trac. iii. de passione Christi.

Cap. i. de tollerantia ipsius.
Cap. ii. de concomitantibus passionem.

Cap. iii. de illis quæ fecit post mortem/& resurrectionem.

Trac. iiii. de gratia.

Cap. i. de gratis data.
Cap. ii. quomodo ista præparet ad aliam.
Cap. iii. an una gratia perficiat omnes potentias animæ.
Cap. iiii. an dona spiritus sancti sufficiant.
Cap. v. de beatitudinibus relatis in sermone de monte.
Cap. vi. de fundamentis istius.
Cap. vii. de ulteriori notitia.
Cap. viii. de præceptis Domini.
Cap. ix. de reliquis præceptis.
Cap. x. de oratione dominica.

Trac. v. de sacramentis ecclesie.

Cap. i. de ipsorum quiditate & origine.
Cap. ii. quando inceperunt.
Cap. iii. de numero & institutore illorum.
Cap. iiii. de ministris illorum.
Cap. v. an possint reiterari.
Cap. vi. de forma/& seruandis in baptismo.
Cap. vii. de confirmatione in particulari.
Cap. viii. de Eucharistia.
Cap. ix. de penitentia.
Cap. x. de unctione extrema.
Cap. xi. de ordinibus.
Cap. xii. de matrimonio.

Trac. vi. de statu anime post mortem.

Cap. i. de purgatorio.
Cap. ii. de suffragiis ecclesiæ.

Cap: iii de pena inferni:

Trac. vii. de vniuersali iudicio.

Cap: i. an sit futurum:
Cap. ii. de illis quæ præcedent iudicium.
Cap. iii. de resurrectione futura:

Trac. viii. de statu anime beate:

Cap. i. de illis quæ ualent ad prægnitionem.
Cap. ii. de causis narratorum.
Cap. iii. de reassumptione corporis:
Cap. iiii. de essentia gaudii cœlestis.
Cap. v. de aliorum declaratione.

FINIS.

Liber Primus De Breui Notitia Theologie.

Tractatus primus de illis que valent ad precognitionem.

Cap. i. de modo procedendi in ista scientia:

QVAMVIS DE ILLIS quæ attinent ad ipsam, multa retulerimus in libro de sacramentis / ac etiam opusculorum nostrorum: nunc tamen cupientes tradere de ea breuiter & succincte aliqua ueluti erudimenta/seu introductiones ad faciliter intelligendū omnia quæ possunt ex suis principiis inferri: ne interea cōplicemus simul scientiam/& modum sciendi. Ante alia prospeximus q̄ sancti obseruarunt in ea duos præcipue modos, unum ex effectibus ad causas, quem secutus est Paulus Apostolus, cum inquit: Inuisibilia Dei per illa quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed quoniā alibi dicit q̄ nunc uidemus per speculum in enigmate, hoc est usione dubia & imperfecta: quia fit per reflexionem instar imaginum, quæ uidentur in speculo. Ideo modus, quē sequitur Io. Euangelista, est uisus nobis magis consonus. Ipse enim in ista scientia, quæ magis proprie potest sapientia uocari, incœpit a causis: cum inquit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum. & recte: quoniam ſt sacra scriptura habet ortum ex misterio trinitatis. hæc autem est causa rerum. Et propterea Deus reuelauit nobis illam isto ordine: patet in Gen. cum inquit: In principio creauit cœlum & terram. Et deniq; prima principia communia/ac particularia uidelicet articuli fidei possunt æque accommodari causis primis/& rebus occultis sicut manifestis. Maluimus igit nūc sequi modum, quem alibi nec semper sumus secuti: ne uidere

Cap: iii de pena inferni:

Trac. vii. de vniuersali iudicio.

Cap: i. an sit futurum:
Cap. ii. de illis quæ præcedent iudicium.
Cap. iii. de resurrectione futura:

Trac. viii. de statu anime beate:

Cap. i. de illis quæ ualent ad præcognitionem.
Cap. ii. de causis narratorum.
Cap. iii. de reassumptione corporis:
Cap. iiii. de essentia gaudii cœlestis.
Cap. v. de aliorum declaratione.

FINIS.

Liber Primus De Breui Notitia Theologie.

Tractatus primus de illis que valent ad precognitionem.

Cap. i. de modo procedendi in ista scientia:

QVAMVIS DE ILLIS quæ attinent ad ipsam, multa retulerimus in libro de sacramentis / ac etiam opusculorum nostrorum: nunc tamen cupientes tradere de ea breuiter & succincte aliqua ueluti erudimenta/seu intro ductiones ad faciliter intelligendū omnia quæ possunt ex suis principiis inferri: ne interea cōplicemus simul scientiam/& modum sciendi. Ante alia prospeximus q̄ sancti obseruarunt in ea duos præcipue modos, unum ex effectibus ad causas, quem secutus est Paulus Apostolus, cum inquit: Inuisibilia Dei per illa quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed quoniā alibi dicit q̄ nunc uidemus per speculum in enigmate, hoc est uisione dubia & imperfecta: quia fit per reflexionem instar imaginum, quæ uidentur in speculo. Ideo modus, quē sequitur Io. Euangelista, est uisus nobis magis consonus. Ipse enim in ista scientia, quæ magis proprie potest sapientia uocari, incepit a causis: cum inquit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum. & recte: quoniam si sacra scriptura habet ortum ex misterio trinitatis. hæc autem est causa rerum. Et propterea Deus reuelauit nobis illam isto ordine: patet in Gen. cum inquit: In principio creauit cœlum & terram. Et deniq; prima principia communia/ac particularia uidelicet articuli fidei possunt æque accommodari causis primis/& rebus occultis sicut manifestis. Maluimus igit nūc sequi modum, quem alibi nec semper sumus secuti: ne uidere-

mur discedere a cõmuni scribentium usu. Et licet reputetur difficilis: quoniam nostra cognitio in mundo oritur a sensibus est tamen possibilis & magis certus. Nam si excederet humanam capacitatem, non essent tres doctrinæ ordinatiæ uidelicet compositiua/resolutiua/& diffinitiua: quod nullus sanæ mẽtis hactenus negauit.

Cap. ii. de eius subiecto uniuersali.

Differunt autem subiectum/& obiectũ. istud mouet potentiam, puta color uisum. illud uero mensurat scientiã. Primum & principale ratione causalitatis, & aliquo modo prædicationis est Deus. Nam omnia alia dependent ab eo, & reducuntur ad eum in recto, uel saltem in obliquo. Agitur ẽt in ea de Christo: non prout ad quem: quia istud competit soli primo: sed per quẽ omnes homines diriguntur in primũ, & uniuntur cum eo uinculo caritatis. Cuncta insuper quæ narrãtur de diuersis ætatibus/ & temporibus reducuntur ad illud primũ subiectũ, puta ab Adam ad Noe, & ab isto ad Abraam, tertia ad Dauid, quarta ad transmigrationem Babilonis, quinta ab ista ad Christum, sexta ad quietem eius in sepulcro, septima ad finem mundi. Similiter significata istorum uidelicet, cur prima ætas assimiletur infantiæ hoc est obliuioni: quia post egressum Adæ de paradiso nondũ erant data aliqua præcepta. Secunda pueritiæ: in qua sicut pueri incipiunt loqui: similiter fuit facta distinctio linguarum. Tertia adolescentiæ: in qua fuit uocatus Abraam & data ei circuncisio. Quarta iuuẽtutis in qua floruit synagoga. Quinta senectuti tempore transmigrationis Iudeorum. Sexta senio: in qua superuenit sapientia Christi: qui aperte ostendit, & complete statuit ueram doctrinam. Septima terminabitur in resurrectione nostra.

Cap. iii. an in ista scientia procedatur diffinitiue/& diuisiue.

Certum est ℣ sic sæpe etiam theologus procedit demon-

strando a priori / & cum longe perfectiori certitudine in se respectu aliarum scientiarum. Non tamen coartatur ad aliquam istarum usiarum. Licet enim ipsa sit profundissima iuxta illud: Mirabilis facta est scientia tua. nec capit aliquid a scientiis humanis, nisi pro quanto repræsentatur diuina uel ratione finis aut efficientis. In ea tamen propter faciliorem intelligentiam proceditur interdū per uerba plana, ut quando describit cursum rerum, & aliqñ per mistica: quando agit de salute bonorum aut pœnis flagitiosorum. Diuiditur autem in nouum & uetus testamentum non solum quia utrunq; factum a Deo, sed etiam propter colligantiam. nam sicut in ueteri sunt libri historiales legales sapientiæ / & prophetarum. Similiter in nouo libri euangelii correspondent legalibus: actus apostolorum historialibus: epistolæ Pauli libro sapientiæ: & apocalipsis prophetalibus: Vnde Ezechiel uidit rotam in medio rotæ, uidelicet testamentū uetus in nouum. quare theologia obseruat historiales, quæ monent per exempla: & illos sapientiæ, quia ostendūt documēta uera: & prophetales, quia promittunt bona æterna. Ista tñ non fuerunt tunc declarata a prophetis, nec a scientia Salomonis: sed postea a Christo, qui apertissime loquebatur, & docebat. Non igitur scientia diuina diuiditur in theoricam & practicam: quia in ea non potst sequestrari notitia credibilium seu speculabilium a notitia agibilium/seu moralium. Secus in philosophia: quia ista agit de uero simpliciter considerato loco cuius theologus semper obseruat fundamentum fidei: de qua inferius in libro secundo, tract. iiii. plura dicemus.

Cap. iiii. de modis declarandi sacram scripturam.

CVm aūt habeat sensus profundissimos & difficiles cognitu: ideo sancti ultra sensum litteræ sunt usi tribus aliis unus uocatur allegoricus, ut quando per aliquod quod est factum proponitur nobis aliud credibile. secundus est moralis: quem etiam uocant tropologicū seu conuersiuum: puta quādo per illud quod significatur per uerba, datur intelligi aliud faci-

endum. Tertius anagogicus, hoc est sursum ducens: quia per istum ostenditur quomodo sit exigenda æterna felicitas: quæ includit notitiam principii & finis. Verum & si ista referantur interdum tamen oportet ut una auctoritas declaretur per aliã, puta illud psalmistæ: Apprende arma & scutum. per istam Scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Et iterum: Scuto circundabit te ueritas eius. Est bene uerum q̃ quando in textu bibliæ agitur de rebus mundanis debet considerari productio mundi, & eius reformatio. Et expositor debet aliquãdo accommodare sensum spiritualem non solum uerbis mixtis, sed etiam nudis, quibus debent addi quæ pertinent ad fidem/& mores. Et beatus Aug. inquit q̃ quando uerba scripturæ significant creationem/uel humanam conuersationem primo debet extrahi proprium significatum: deinde applicari misterium redemptionis. Sed sane quando prima significatio uerborum exprimit fidem seu caritatem, nulla debet appropriari allegoria. Et quando significat creationem, doctor debet quærere ex alio loco significatũ litteræ, & extrahere sensum sm̃ ueritatem fidei & morũ honestatem. Idem fere habet Greg. super illud euangelii: Homo quidam utebatur purpura & byſſo, & epulabat̃ splendide: per istum significabatur populus Iudaicus: quia utebatur suis legibus ad ostentationem gloriæ, & non propter salutem. Et econtra per Lazarum pauperẽ denotabat̃ populus gentilis: qui conuersus ad Deum non erubuit confiteri peccata. Nam & ulcus cutis ostendebat intrinsecos defectus. Subdit tamen q̃ ueritas historiæ est semper saluanda, & postea perquirenda allegoria, quod intelligitur dũmodo edificet fidẽ. Quando uero scriptura haberet intellectum litteralem & spiritualem, debet si potest exponi utroq; modo, & si non exponatur spiritualiter, prius tamen oportet ut cognoscatur ueritas explicite. secõ an significet principium/uel finem, an ue agat de illis quæ pertinent ad uirtutes uel uitia: & debent moueri q̃ Deus est ultor scelerum. Si uero significat cursum interm dium: sunt referenda in Christum mediatorem in reformando mundum.

Cap. v. quomodo auditor debet esse dispositus.

DEbet profecto esse humilis/mundus/fidelis/& studiosus: non enim sunt idonei temerarii/nec immundi, nec fraudulenti, aut desidiosi. Isti tamen debent aduertere q̄ dicere Dei facere est. Et quamuis aliquis sermo uideatur depressus in sensu: tamen est profundus absq; eo q̄ deferat ueritatem. Esto igitur q̄ dicant q̄ per sensum moralē eradatur notitia de agendis, & per allegoricum de credendis, & per anagogicum de desiderandis. Istud tamen non est semper: quoniam finis huius scientiæ non est præcise sapere: sed ut ille qui non potest induci cum præceptis inducatur exemplis: uel ob timorem pœnæ, uel ꝓpter spem p̄mi. Et quia esset ꝓlixum cō̄ꝑbare ista uia demōstratiua: ideo rudes debent acquiescere auctoritati euangelii. Postremo si Christus non potest fallere/nec falli: ideo quisq; fidelis debet cauere ne prætermittat statuta ab eo iuxta illud: Cœlum & terra trāsibunt: uerba autem mea non præteribūt. & alibi iota unum, aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant.

Trac. ii: de fundamentis z causis huius scientie.

Cap. i. de illis quæ ualent ad notitiam dicendorum.

SAtis iam constat Theologiam esse nobilissimam & cōmuniorem omnibus aliis scientiis. Nam si eius subiectum est Deus: quia omnia entia mundi referuntur in eum ut in finem & efficientem: ideo quodammodo agit de uniuerso: uocatur autem disciplina, quoniam dirigit omnia, prout exigit eius perfectio, & ordo uniuersi: cuius ratione præponit meliora, puta uiuentia non uiuentibus, & beata miseris: fides etiam quæ est eius fundamētum, compellit nos tribuere Deo quæ sunt sublimia & pia: & quō est sūmæ pfectus, quō ue eōicat nobis suā pfectionē. Esset .n. impiū q̄ posset & nollet, ut dicēt statim.

Cap . ii . de productionibus intrinsecis .

ISTæ præcedunt extrinsecas : quia natura seu essentia diuina debet esse in supposito anteq̃ agat . Nam & apud nos sola suppositа agunt/& patiuntur . Vniuersalia enim sunt potius rationes agendi . Adhuc productio intrinseca est necessaria : extrinseca uero contingens : quare illa præcedet istam . Cum igitur ut omnes fatentur , honorabile & magnum conueniat Deo per intelligere : ideo si ei debuit tribui intellectus : quare & uoluntas : quia ista non est aliud nisi appetitus intellectiuus . Cũq; intellectus diuinus prius feratur in suam essentiam , quæ est eius immediatum obiectum q̃ in aliquod extrinsecum : quia habitudo ad causam est maior habitudine effectuum inter se : nec isti possunt existere nisi præcesserit causa : ista uero sine illis . Vnde si intellectus & uoluntas sunt in Deo duo principia productiua : ideo eius essentia saluata unitate potest cõcari duplicifer : non tamen in tempore . Imaginantur enim aliqui esse in uno instanti temporis plura instantia naturæ , & in uno instãti naturæ plura instantia originis . In primo igitur instanti naturæ essentia diuina , quæ est primum & adequatum obiectũ sui intellectus : cui ipsa est continue præsens : ideo per cõprehensionẽ ipsius essentiæ memoria fecũda , de ea quæ est psona patris improducta : oportet ut de tali essentia eius obiecto producat notitiam adequatam . Et cum obiectum sit infinitum : ideo notitia quæ producitur de illo est etiam infinita : quare & persona producta erit formaliter infinita . Hæc autem est uerbum quod est quædam expressio conceptus perfectissimæ cognitionis de perfectissima essentia , quæ in eo suppositatur : quoniam subsistere per se est melius q̃ non subsistere . Et quia isti personæ cõmunicatur uoluntas sicut omnes aliæ perfectiones , quæ ei non repugnant : ideo prima persona improducta , & secunda producta : in secundo instanti originis , cum eadem uoluntate cooperantur circa eandem essentiam amando illã infinite : unde producunt amorem in initum adequatũ illi obiecto , uidelicet tertiam personam spiritus sancti . In uno igitur instanti naturæ

& diuersis

& diuersis ista̅tibus originis cēs psonæ diuinæ saluata simplicitate/unitate/& indiuisione essentiæ sunt in actu cōplero,& formaliter infinite. Alii uero p diuersa intellectia intelligūt diuersum modū nostrū cōcipiēdi illas ꝓductiones. Vtcūq; tñ in diuinis sunt duæ emanationes hoc est ꝓductiōes,una p modū naturæ, uidelicet generatio uerbi: alia per modū uolūtatis, uꝫ ꝓductio spiritus sancti. Vnde Aug. recte monet ꝙ si essent plures psonæ ꝓductæ q̄ duæ, ꝓductio diuina esset imoderata: & qua ratione tres uel quattuor cadē infinitæ: qđ in ꝓposito esse non potest: quia ambæ habent terminū adequatū,hoc est cōpletū, nō ordinatū ad ulterius producendum. Et quoniam cuilibet emanationi correspondet duplex habitudo: ideo sunt ibi quatuor relationes,uidelicet paternitas/filiatio/processie/& spiratiue: quæ etiam uocantur notiones: qui notificant personas: & dicuntur esse quinq;,si addatur innascibilitas, quæ cōpetit patri, inquantum non est ab aliquo. Et licet ista proprietas importet formaliter negationē: connotat tamen positionem,quia est per se principium. Sunt etiam illic tres proprietates, quibus manifestantur personæ: & quælibet potest tripliciter nominari,sicut ei tria tribui,puta patri,quod est principium. secūda ꝙ non de principio tertia ꝙ est ingenitum. Filius etiā cū sit imago,uerbum & filius: imago nominat eius personā ut similitudinem expressam seu conformem: uerbum ut similitudinē intellectualem: filius ut similitudinem ypostaticam & cōnaturalem. Similiter spiritus sanctus uocat donū/nexus/& amor: donum,quia productum per modum uoluntatis: nexus, quia procedit eu patrre & filio: & amor,quia ex dilectione amborum habet esse ypostaticū,& spirat in nobis bonitatē/& sanctitatē.

Ca. iii. de aliis attributis.

Referuntur ēt in diuinis esse duo modi ꝓdicandi, uꝫ per modum.substantiæ & relationis. Et p notitia sunt retenenda quæ dicunt a Dionysio diu.nom. uidelicet ꝙ Deo non debent tribui nisi perfecta & uera,& remoueri ab eo imperfecta, & quæ competunt naturæ corpoream: quare, ut aiunt, uel relatio comparatur ad subiectum,in quo fundatur, & sic

transit in essentiam: ne causetur compositio: uel comparat ad terminum, ad quem tũc manet, ut distinguat personas: & quæ prædicantur de pluribus relative, intelligitur prout sunt relata & distincta. quæ uero ſm substantiam dicuntur de tribus æqualiter exceptis notionibus: quia sunt causæ distinguendi. Et licet in una persona possint esse plures, non tamen potest ex qualibet inferri diuersitas in illa. Substantia autẽ in sua ſmplicitate est cõmunicabilis, prout tamen significat per modũ concretionis, puta nomine ypostasis, ut sic est incomunicabilis: & multo magis nomine personæ. nam sub nomine ypostasis significatur minus distincta: Exemplum datur: quia in nobis sunt humanitas/homo/aliquis homo/& Socrates: primum significat essentiam, secundum substantiam, tertium ypostasim, quartum personam. Et licet omnes prædicti modi radicẽtur in unitate essentiæ: non tamen proprie ponunt differentiam in ea. Sunt etiã ibi tres modi differendi: nam ſm modũ essendi differt persona a persona: & ſm modum se habendi differt persona & essentia: quia una persona refertur ad aliã: ideo distinguitur ab ea. Essentia uero non refertur nec distinguitur in se. Tertius uidelicet ſm diuersum modum intelligendi differt una proprietas substantialis ab alia: puta bonitas a sapientia: quæ ſm multos solum differunt penes nostrũ modum intelligendi quem tamen aliqui uocant ex natura rei pro quanto: alia est diffinitio bonitatis, & alia sapientiæ: quod etiam non refert, quia utrunq; est a ratione nostri discursus: non enim illic reperitur proprie differentia, nec genus. Prima tamen differentia quæ potest ibi reperiri vꝫ ſm modum essendi est maior: quia est in suppositis: quoꝫ unum non prædicatur de alio: secũda scilicet personæ & essentiæ: est etiã notabilis: quia aliquid dicitur de uno quod non dicitur de alio: quia persona distinguitur & refertur: non autem essentia: est tamen minor respectu illius, quæ est inter suppositа omnino distincta. Tertia est minima: quia licet unũ dicatur de alio, non tñ cõnotatur idem utrobiq;.

Cap. iiii. de aliquibus nominibus diuinis.

CAP. IIII.

QVamuis Deus sit immensus / inuisibilis / immutabilis & æternus: manifestat tamen se per suos effectus. Est enim ubiq; non solum per indistantiam / potentiam / & operationem: sed quia habitat nobiscum per effectum gratiæ. Et omnes personæ possunt apparere, sicut in baptismo Christi cū quo erat uerbum, apparuit spiritus sanctus sub specie columbæ & pater in uoce: quoniā dixit: Hic est filius meus &c. Mittere uero est proprium patris: qui misit filium: non tamen mittit ipse, sicut nec producitur. Conueniunt etiam Deo perfectiores conditiones entis, & præsertim unum uerum & bonum. Nam unum nominat ens: indiuisum uerum ſm q̄ est cognoscibile bonum ſm quod est cōmunicabile uerum præsupponit unū ac etiam bonum: & istud utrunq;. Sed licet illa tria sint unū in Deo: summa tamen unitas tribuitur patri: quia origo personarum: summa ueritas filio: quia fuit ei a patre cōmunicata summa sapientia: summum bonū spiritui sancto: quia productus per uoluntatem: cuius obiectum est bonum: & est summum: quia nulli alio competit ratio bonitatis, nisi per eum. Et licet aliqua competant aliquibus attributiue: omnes tamen perfectiones sunt communes tribus: ideo primum, quod caret omni principio: est summe unum. Est etiam summe bonum, & istud summe uerum / & summe utile. Inquantum igitur Deus cognoscit omnia possibilia: eius cognitio uocatur sapientia: & inquantum præuidet omnia, uocatur uisio: quia omnia sunt præsentia æternitati. Nam omne præteritum & futurum imaginabile unitur cum instanti æternitatis, quæ est mēsura solius Dei: cuius actus inquantum præuidet electos, uocatur approbatio, & inquātum reprobos præscitio / seu reprobatio: & prout talis actus est ratio cognoscēdi uocatur lux: & ut est ratio approbandi: speculum: & prout sunt in eius mente, uocant idæas quibus præuidet diuersa producibilia: & pro quanto complet, & assequitur finē uocatur ars. Sed forte nō est necesse ponere tot & p̄sertim idæas: qm̄ rōne pfectionis essentiæ oia possunt sufficiēter repsentari intellectui diuino sine illis. Adhuc si pfectio sapientiæ stat cum summa simplicitate: seu si unitas primi est

simplicissima: ideo omnia attributa sunt unū in eo. Nam sicut unica uirtute producit omnia: similiter dirigit cūcta sine ideis. Voluntas autem Dei manifestatur nobis per illa quæ in suis legibus statuuntur: in quibus aliqua præcipiuntur: aliqua prohibentur: aliqua permittuntur: aliqua consuluntur. Ordinauit etiam præmia / & pœnas. istas ꝑm iustitiam, illa ꝑm augmentum caritatis. Et quia bonitas suæ uoluntatis non differt ab eius ueritate & potestate: ideo nulla alia uoluntas potest esse recta, nisi sit illi cōformis: concesso tamen ꝙ nemo possit aliquid boni complere sine eius gratia: nec peccare mortaliter, nisi illa deferente. implere tamen suas leges, est signum ꝙ gratia concurrit: & non obtemperare: quod iuste deseritur. Nō enim Deus debet frangere leges, quas cōdidit. Si queras qua re maiorem gratiā concedit uni q̄ alteri, licet istud lateat in cōsilio sapientiæ & scientiæ ipsius: sufficit tamen ꝙ seruando iustitiam, nemo potest iuste conqueri.

Trac. iii. de productionibus extrinsecis.

Cap. i. de præsupponendis pro notitia.

NVllus igitur actus culpabilis potest tribui Deo, puta mē tiri, aut male uelle, nec actus penales, ut dolere / uel timere nec corporales, ut dormire / uel ambulare: quoniam isti & eēs similes procedunt a potentia diminuta. Et licet faciat aliqua præter cursum naturæ: quia reuocat hominem a mortuis, & aliqua supra naturā / quia conseruat uniuersum, & creat nouas animas. Non tamen facit, nec potest facere contra naturam: quia faceret contra ordinem ab eo statutum. Repugnat enim suæ potētiæ facere aliquid esse uel nō esse simul: uel id qđ fuit, nō fuisse: q̄m ista essent cōtra eius uolūtatē, qua semel uoluit, & postea mutaret. Nec pōt facere aliqđ ipossibile, puta unū cor pus infinitum in actu: quia istud esset cōtra eius sapientiam,

quæ est causa distinctionis rerum / & ordinis, quæ destrueretur si reperiretur tale corpus: quia occuparet totū mundum. Nam de ratione infiniti est, qđ restat semp aliquid accipere. Q uare bene dicitur ꝙ Deus cognoscit omnia futura, ut præsentia / & mutabilia immutabiliter, & contingentia infallibiliter, & creata increate, & dependentia independenter.

Cap. ii. an productio mundi sit articulus fidei, uel possit demonstrari.

Q Vamuis teneatur ꝙ sit creditus iuxta illud symboli factorem cœli / & terræ, ꝙ quanto, tamen omnia producta constant ex pondere/numero/& mensura cognoscimus ꝙ mundus est effectus: qui non potest tribui nisi Deo. Mensura enim respicit rem productam ut limitatam suis principiis. Numerus refertur ad formā: quia unitas addita numero cuiuslibet speciem, & pondus ad ordinem, quo grauia tendunt deorsum, & leuia sursum. Idem patet de modo/specie/& ordine: quia per modum distinguuntur res, & per speciem constant, & per ordinem conueniunt, & differunt inter se. Hæc & si reserantur, possumus tamen etiam cognoscere ꝙ mundus habet unum principium: aliter iretur in infinitum. Non enim ordo potest assignari in illis, in quibus non reperitur primum: nec istud potuit producere mūdum de seipso: quia si sic productū fuisset: æque perfectum cum producente. fuit enim productus ex nihilo: quia ante mundum nihil erat præter Deum: quare si mūdus habuit esse post nō esse. Istæ uero sunt differentiæ tēporis: in quo res creatæ incœperunt existere. Et quia primus est infiniti uigoris: ideo solus potest producere ex nihilo. Nec habet alium ante se: quia si sic quæreretur de illo, et iretur in infinitum. Q uia igitur produxit ex se: fuit primum efficiens. Et quoniam in producendo cōmunicauit suam perfectionem & bonitatem, fuit etiam primus finis. Habent igitur omnia producta in se bonitatem/ueritatem/& unitatem, per quæ referuntur in Deum, in fieri, in esse, & operari.

Cap . iii . de tempore & ordine producibilium .

COmpleta ꝓductione intrinſeca, quæ erat neceſſaria, Deus prius non tẽpore, ſed natura produxit res exteriores poſſibiles produci in eſſe cognito ſeu obiectiuo anteq̃ exiſterẽt . Illud igitur Geñ . In principio Deus creauit cœlum & terram , intelligitur ꝙ ante omne tẽpus ſuperiora & inferiora fuerunt producta in illo eſſe cognito Deo & apto cognoſci a creatura ſpirituali . Et poſtea in tempore in eſſe exiſtentiæ : patet : cum ſubdit ꝙ in prima die fuit formata lux . in ſecunda factum firmamentum in medio aquarum . in tertia fuerunt ſeparatæ aquæ a terra/& cõgregatæ in locũ unũ : in quarta cœlũ fuit ornatũ luminaribus . in quinta ornata aer/& aqua : ille uolatilibus , iſta piſcibus . in ſexta terra ornata aliis animalibus / & hominibus . in ſeptima quieuit Deus , non tamen ab omni opere : quia uſq; nunc operatur creando nouas animas rationales : ſed ſolum ceſſauit a productione nouarum ſpecierum . Et licet dicatur ꝙ in prima die fuit formata lux : ſi tamen diſtinctio naturæ luminoſæ a perſpicua/& opaca fuit facta in illa prima : quare & ornata angelis , ut dicemus . Et q̃is Deus potuerit facere omnia in uno inſtãti : fecit tñ illa in tempore : tum ut magis diſtincte & clare intelligerentur : tum propter maiorem & clariorem correſpondẽtiam ſeptem tẽporum ſeu ætatum . Si tamen omnia fuiſſent facta ſimul , tunc per ſeptem dies poſſent intelligi ſeptem inſtãtia naturæ . Et quando dicitur ꝙ ſeptima dies quietis non habet ueſperam : non intelligitur ꝙ nõ habeat noctem ſequentẽ : ſed propter quietem animæ ſine fine . Conſtat autem mundus ex natura cœleſtium & elementalium . cœleſtis ſm theologos diſtinguitur in tres cœlos , uidelicet empireum/criſtallinum & firmamentum : & ſub iſto continentur ſeptem planetæ &c . Quare orbes cœli ſunt decem , & elementa quattuor , uidelicet ignis/aer/aqua/& terra . Nam ſine iſtis non poſſent generari animalia/nec plantæ/nec mineralia . Et quia debebant inuicẽ tranſmutari : fuit etiam neceſſe ut haberẽt qualitates oppoſitas . Et quodlibet elementum habet duas , ut per unam agat : & per

aliam patiatur: Fuit insuper necesse q̄ Deus produceret materiam primam: quoniã transmutabilia debent habere subiectũ cõmune. Cœlum autem empireum est immobile/& uniforme: firmamentum uero mobile/& diuersarum formarum. Empireum insuper est in totum luminosum. Cristallinum p totum perspicuum. Non tamen uocatur isto nomine ex eo q̄ sit de natura cristalli, sed ratione splendoris. Firmamentum uero dicitur constare ex utraq; natura. Fecit autem septem spheras intermedias, uidelicet Saturni/Iouis/Martis/Solis/Veneris/Mercurii/& Lunæ: ut diuersæ naturæ essent uinculum, & connexio inter quattuor elementa/& cœlestia corpora ad eõ plendum/& ornandum uniuersum: ut esset aptum perpetuari cum successiua generatione: quæ quomodo fiat, in prima & secũda parte nostræ philosophiæ naturalis plene diximus. Nec sunt hic referenda: quia theologus non agit de motibus cœli nisi pro quanto continentur sub eius subiecto: uel prout agit de angelis, quos ostendit esse ministros Dei/& immunes ab omni contrarietate.

Cap. iiii. de productionibus angelorum.

QVamuis philosophi multa dicant de intelligentiis mouentibus cœlũ: De angelis tamen aliter sentiunt sancti. Nam Greg. Nazanzenus putauit q̄ fuerũt producti ante omnia alia. Similiter Damascenus: Ante omnem, inquit, creaturam fuerũt geniti angeli. Et aliqui econtra q̄ formato mũdi casus demonum, & confirmatio bonorum angelorum correspondent primæ die. Consonat enim q̄ cœli debeant esse cum suis motoribus: aliter ordo subtraheret a rebus. Vnde dicunt q̄ illi sancti per ante non intellexerunt tempus, sed ordinem naturæ/uel loci: quia si erant spiritualiores: fuerunt potius producti in cœlo suprãmo. Sed sane licet istud possit sustentari ratione ordinis naturæ: nõ tamẽ respectu loci, uidelicet in cœlo: quia istud supponit q̄ fuerit productũ ante angelos Posset tamen teneri q̄ sicut creauit elementa remotissima a se:

pariter angelos prope se: non q̃ istud dicat differentiam loci, sed perfectionis/& uirtutis. Et dato q̃ angeli dicantur conuenire cũ hominibus ratione intellectus memoriæ/& uoluntatis. Et Aug. dixit illos esse pares animabus nostris. Et Dauid: Minuisti eum, supple hominem paulo minus ab angelis. multum tamen differunt: tum quia capacitas cuiuslibet angeli superat capacitatem cuiuslibet animæ: tum quia species animæ multiplicat individua, non autem angelorum. Adhuc anima est perfectio corporis organici: non sic angeli. Anima nostre modo intelligit cũ discursu, exceptis forte primis principiis: Angeli uero intuitiue.

Cap. v. de statu illorum in genere.

THeologi considerant de istis primo naturam, secundo ruinam malorum, tertio confirmationem bonorũ. Naturæ angelicæ solent tribui quattuor, uidelicet simplicitas essentiæ/distinctio personæ/memoria/& uoluntas libera ad eligendum. & in genere tribuitur eis uirtus in operando, efficiositas in ministrando, perspicacitas in cognoscendo, & immobilitas post electionem, siue in bono/siue in malo proposito: habẽt etiam discretionem personalem: quia suppositorũ proprium est agere, & uoluntatem liberam ad eligẽdum. aliter non potuissent mereri uel demereri. Et licet omnes sint substãtiæ rationales carẽtes omni diuisione quanti. habẽt tamen diuersa officia, ut patebit. Quantum uero ad ruinam, cum primus Lucifer in eligendo esset liber: quia tamen in prima mora statim præsumpsit de se ipso: quia elegit priuatum bonum, & non diuinum. Appetiit enim priuatam excellentiam, & quieuit in seipso, ut in summo bono. unde uolens supereminere, seu superferri, nolens recognoscere Deum, cecidit cum aliis sentientibus cum eo: quare operante iustitia diuina, priuati gratia remanserunt obstinati, & obcœcati: & statim expulsi ex cœlo descenderunt ad aerem caligi nosum/& ad infernum: & perdiderunt omnes dotes: quia tñ remansit in eis perspicuitas naturalis ingenii: ideo dicuntur ua-

care tentationibus & diuinationibus. Boni uero remanserun in gloria cum eadem immutabili natura: quoniam in prima mora recognouerunt Deum: ideo statim fuerunt confirmati. & per gratiam perfecte illuminati ſm cognitionem matutinam & uespertinam, q̄ fortificati in motibus/& operibus. Et ist distinguuntur in triplicem ierarchiam: in supræma ſm aliquos locantur Troni/Cherubim/& Seraphim: Tronis tribuitur rectorentia, Cherubim ſapientia, & seraphim beniuolentia. in media sunt dominationes/uirtutes/& potestates. Ad primos spectat imperare, ad uirtutes expedire, ad potestates cohercere impedientes. In infima denicq; sunt principatus/archangeli/ & angeli: principatus deputantur ad custodiā particularis ꝓuintiæ: archangeli ad custodiam hominis habentis publicam curam, seu qui possit multis prodesse: puta Gabriel, qui annunciauit conceptionē uirginis/& Io. Baptistæ. In tertia angeli, ad quos spectat nūciare parua/& custodire homines. De nominibus uero illorum non habemus notitiam: nisi q̄ in .xii. Apoc. dicit q̄ Michael præliabatur cū Dracone: & de Gabriele prædicto, ac etiam de Raphaele misso Thobiæ: quia eius efficium est consolari. Omnes igitur confirmati cognoscūt res in proprio genere, & in arte diuinæ ſapientiæ: & cum corpore assumpto possunt eligere exequi, ac etiam contemplari. Quare licet mittantur a Deo: nunq̄ tamen mens eorum desinit uidere eius faciem: de quibus in lib. v. de sacramentis trac. ii. plura diximus.

Trac. iiii. de statu hominis.

Cap. i. de conditionibus animæ.

ANima rationalis potest intelligere inferiora/& superiora se. Et licet post lapsum mutauerit conditionem: remansit tñ in libertate, cum qua adhuc potest fieri beata: quando seruaret leges sibi impositas a Deo. est enim capax ipsaq; ratione imaginis trinitatis impressæ in eius mente. Est etiam incorruptibilis, & potest separari a corpore: quia non solum est eius forma

sed etiam hoc aliquid. Et per partem rationalē tendit in uera & refugit falsa. & est circa uniuersalia, quin potius ipsa facit uniuersalitatem in rebus: & per uoluntatem tendit in bonum, & refugit malum. Et quoniam ipsa tribuit corpori uiuere/& sentire ratione uitæ, habet uires uegetatiuas, quibus nutrit/auget & generat. Et sub istis continētur aliæ quattuor subministrātes, uidelicet attractiua/retētiua/digestiua/& expulsiua. Et habet uires sēsitiuas, p quas suscipit sensibilia, & cū cogitatiua discurrit, & particulariter concludit: & per irascibilem remouet malum: quod sibi disconuenit: & per concupiscibilem tendit in bonum ei proportionatum. Diuiditur etiam in partem appetitiuam/& cognitiuam: quia per istam intellectus fertur in uerum, & p illam in bonum. & quia istud est æternum/uel tēporale: ideo diuiditur in speculatiuum/& practicum, seu in partem superiorē & inferiorem. Et quoniam per liberum arbitrium, quod est facultas uolūtatis potest redire in seipsam: ideo est causa meriti & demeriti.

Cap. ii. de formatione primi hominis.

Corpus istius fuit eductum de limo terræ: erat tamen cū optimis organis/& conuenientis staturæ, & tale ut posset uegetare sine defectu, & generare sine libidine: erat etiā immune a corruptione/& a morte: et tradita sibi paradisus deliciarū pro loco. Et de eius latere fuit formata mulier, ut esset illi adiutorium: & assignatum eis lignū uitæ, quo poterāt protrahere perpetuitatem. Et in corpore amborum erant multa organa propter multas potentias animæ: & cum figura recta: quia debebat surſum tendere: & carebat omni macula: quia ista non infligitur nisi per culpam: & debebat cum suis uiribus obtēperare animæ absq; aliqua pugna: quia tunc non erat adhuc in eo aliqua pronitas libidinis: secus post lapsum: quia ratione rebellionis sensuum poterat obedire, & non obedire: quare meteri & non mereri. Et fuit in illo statu potuisset consumi humidum nutrimenti: poterat tamen restaurari per alimentū fru

ctus paradisi. Nam & lignum uitæ erat illi cibus, & sacramentum. Incorruptio tamen corporis principaliter procedebat ab anima, sicut a disponente & perficiente, & a ligno uitæ coadiuuāte, & a Deo ut conseruante. Et quoniam in homine inerat duplex sensus uidelicet mētis/& carnis, & duplex motus uidelicet imperatiuus animæ/& executiuus corporis: ideo Deus dedit ei duplex præceptum unum naturæ aliud disciplinæ: De primo patet quando dixit: Crescite & multiplicamini: & de secundo ꝙ non comederent de ligno scientiæ boni/& mali.

Cap. iii. de aliorum declaratione.

ALiqui dicunt ꝙ Deus fecit mundum sensibilem, ut homo per eum ueluti per uestigium uisibile reduceretur in noticiam/& amorem sui conditoris. Et quoniā dedit angelis donum sapientiæ interioris quo possent cognoscere multa & magna: Animalibus uero brutis concessit solum ut cognoscerent aliqua exteriora ſm sensum: ideo propter decus uniuersi fecit hominem, qui haberet cognitionem sapientiæ interioris, ac etiā sensibilium exteriorum: unde poterat ī m partem præcipientem tendere in bonum: quod cum sit duplex uisibile/& temporale, & aliud inuisibile/& æternum. Illud dedit ei gratis, ut possideretur. Istud sed'm promisit ut acquireretur ab eo: quia fuit ei datum duplex præceptum, unum naturale ad multiplicandū speciem, aliud disciplinæ ad merendum: nec per istud poterat melius mereri q̄ per ueram obedientiam, quæ est quando præceptum obligat in eo ꝙ præceptum & non ex alia causa: tunc enim ducit implentem ad cœlum, & non implētem ad inferos. Sed quamuis primi parentes potuissent deficere ratione naturæ nondum confirmate per gratiam: Deus tamen contulerat eis quadruplex remedium, uidelicet duas rectitudines, unam ut possint recte uelle, aliam recte diiudicare. prima uocatur conscientia, alia synderesis, hoc est remurmur contra malum cū impulsu ad bonum. Dedit etiam illis duas dotes: prima uocat donum gratis datum: quod inclinat intellectum ad cognoscendū Deū.

Scda fuit ratio naturalis, qua possent cognoscere seipsos, & q̃ omnia contenta in mundo inferiori erant creata propter hominem: quare poterant diligere Deum super omnia, & proximũ sicut seipsos: præsertim quia tunc habebant dona naturalia superuestita/& ornata gratia, qua cognoscebant debere se conformare cum Deo, tum ratione imaginis trinitatis, tum quia erat in eis triplex oculus, uidelicet sensus rationis & contẽplationis: per oculum sensus uidebant mundum sibi præsentem, & contenta in eo. & per oculum rationis perspiciebant animã & suas uires, & per illũ contẽplationis auspicabãt quæ erant supra se.

Cap. iiii. de causis ruinæ illorum.

SAtis constat q̃ primi parentes steterunt in felicitate paradisi deliciarũ: steterunt inq̃, quia Adam non fuit creatus in eo, sed in agro Damasceno, & postea introductus: Eua uero in paradiso: & ambo fuerunt sufficienter muniti donis naturalibus, & diuinis. Diabolus tñ qui significat idẽ, qđ calũniator, assumpta forma serpentis, aggressus est mulierem ucluti infirmiorẽ: Esto enim q̃ Deus iussisset q̃ illi succumberent: quia erant tẽptandi ab illo qui sciebat decipere, & q̃ erat accessurus cũ illa effigie serpentis. Istud inq̃ permisit non solum quia sinit creata agere, sed etiam ut inuidia/uersutia/& fraus illius innotesceret toti posteritati. Incœpit autem a præcepto disciplinæ, ut duceret eã in dubium: unde interrogauit illã de causa præcepti: Cur inquit prohibuit uobis ne comedatis de ligno scientiæ: cui ipsa respõdit: ne forte moriamur. Et tunc dixit ei, nequaq̃: & sic fecit lesæ curam partem animæ irascibilem, quæ est circa ardua: & ut impleret concupiscibilem, subdit: scietis bonum & malum: ut ẽt deciperet partem rationalem, addidit: eritis sicut dii. Induxit insuper illam cũ suauitate cibi. Quare ꝑm omnes modos peccandi qui reducuntur ad concupiscentiam carnis oculeæ & superbiam uitæ. Illa tamen incœpit a gula: & postea induxit uirum, qui etiam gustauit de ligno / seu pomo: quia noluit eam contristare. erat enim solatium suæ societatis: & non ut aliqui credunt

credunt propter ignorantiam: quia sciebat q̃ non debebat recedere ab amicitia Dei propter amorem uxoris: quare potius ex quadam inconstantia complacuit ei. non enim erat adhuc expertus rigorem iustitiæ Dei. utcunq; tamen ambo fregerunt præceptum: & saltem interpretatiue appetierunt quod nullo modo poterant accipere: uidelicet q̃ essent sicut dii. Sed quoniam iustitia exigit, ut qui lætatur in delicto, doleat in supplicio: ideo destituti diuina gratia, omnes uires animæ sensibiles illorum fuerunt factæ rebelles superioribus. Et perdita innocentia uerecundabantur/& cooperiebantur/& patiebantur laborem/famem/& sitim: & utercq; erat subiectus defectibus corporalibus: & uxor uiro. Et quia anima consensit carni: ideo separatur ab ista per mortem. Cunq; in istis duobus solis conseruabatur tunc tota natura humana: ideo peccatum eorum est transfusum ad totam posteritatem. Et licet uocetur originale in nobis, in eis tamen fuit actuale, & adeo contagiosum: ut omnes nati ex illis subiaciantur infirmitatibus/ignauiæ/malitiæ/concupiscentiis, & priuantur uisione Dei: in quibus non solum incidunt adulti, sed etiam pueri non baptizati. Isti tamen habent solam pœnam damni, & non sensus. Quia igitur illi recesserunt a summa bonitate Dei ideo sunt facti indigni omni bono. Et quia nunc anima unitur carni rebelli/& uitiatæ: ideo continue in nobis certant adinuicem affectus & ratio. Cunq; homo non generet hominem, sm quod est restitutus in mente: ideo licet baptizatus sit immunis ab orignali in uoluntate: quando tamen generat alium relinquit in eo infectionem carnis: quia reatus pœnæ non processerat ex sola deformitate mentis: sed magis ex concupiscentia carnis: quæ a Paulo uocatur lex membrorum. unde licet defectus incursi possint minui per baptismum: non tamen auferri in totum: pugnando tamen aduersus illos, potest homo mereri.

Trac. v. de peccatis in genere.

Cap. i. de illorum distinctione/& causa.

QVamuis in libro Opusculoꝝ de istis plura diximus: ut tamen nunc sit magis nota causa incarnationis, repetemus succincte ꝙ peccatum non est in se aliqua natura, sed quidam defectus uolūtatis, qui diminuit aliquid de bono cōpetenti sub modo/specie/& ordine: & sm distantiā ab isto bono percipitur gradus suæ malitiæ. nec in rerum natura reperitur summe malum: quia istud importat priuationē cōplementi summi boni cū quo nullo modo potest se cōpati priuatio: quia tūc nō esset summum. Q uælibet igitur uolūtas deficit: quando illa quæ agit, non refert in illud primum: & talis defectus est peccatum, hoc est desertio boni ostensi a ratione, uel a præcepto Dei: in quem sensum Aug. inquit: ꝙ peccatum est dictum factum/seu cōcupitū contra legem uꝫ Dei, uel rationis humanæ.

Cap. ii. de peccato actuali in particulari.

ISTud causatur a libera uoluntate: siue procedat ex suggestione demonis: siue ex concupiscentia carnis oculoꝝ/uel superbia uitæ. Et licet in peccando deuiet a lege diuina/uel a parte rationali: non tamen qualitercunqꝫ, sed cum animi deliberatione: quia non sufficit ad mortale paruus consensus: nisi cū isto processisset ad opus: unde quando non permanet diu in consensu est ueniale. Si uero consentiret, & non exequeretur propter impotentiam quoad Deum: est mortale: & si forte non ita, imputabile. Q ui uero cuperet continuo delectari, & tamē non se extendit ad opus, peccatum est graue: licet non adhuc terminatum in specie. Diffinitur autem ab aliis ꝙ est quidam uoluntarius recessus a Deo: queniam si homo debet omnia quæ agit, referre in ipsum: quando uoluntas non refert, puertit ordinē diuinæ iustitiæ, & peccat mortaliter. Q uādo uero solū negligit talis ordo, est ueniale, hoc est dignū ueniæ: qa igit spōte

facit quod lex Dei prohibet/uel omittit, quod ipsa præcipit: priuat animam suam gratia. Si uero homo diligeret bonum cõmutabile, dummodo non præponat istud bono diuino, nec utilitatem honestati. est ueniale similiter quando cõcupiscentia non excedit iudicium rationis. quando etiam sensus inclinat ad malum, & ratio non consentit, non perturbatur ordo iustitiæ: & mereretur quando pugnaret aduersus sensualitatem. Est sane in isto statu difficile homini non ruere in inclinationem sensuũ: quare & non peccare. nam & motus ipsorum cedunt nobis loco pœnæ.

Cap. iii. de diuersis generibus peccatorum.

QVædam uocantur mortalia: quædã pœnalia: quædã irremissibilia: quædam uenialia. mortalia dicuntur habere unum principium, & est uoluntas. oportet tamen q̃ sit libera: quoniam uiolenta non sunt imputabilia: & aliquãdo metus excusat. Dicitur autẽ q̃ timor/& amor sunt duæ radices peccati: quia nemo contemnit Deum: nisi qui cupit aliquid acquirere, uel timet aliquid perdere. & istæ radices sunt inuicem connexæ: quia omnis timor est respectu alicuius rei amatæ: nemo nanq̃ timet perdere nisi quod amat: & omnia quæ fouent timorem, fouent etiam amorem. Primum tamen fomentum peccati est excellentia interior: secundum sunt diuitiæ exteriores: Tertium est lasciuia uocata concupiscentia carnis. Et quoniam ista tria possunt euariari septem modis: ideo referuntur septẽ mortalia: quia uel uoluntas exigit ultra modũ suam excellentiam: & tunc est superbia: quando uero appetit imoderate diuitias/uel bona fortunæ, est auaritia: & sunt duo. potest etiã appetere aliquid inferius se: puta alimẽtũ uꝫ cibus/& potus pro cõseruatione indiuidui. Et qui in istis excedunt, uoluntarie cõmittũt mortale: & est gula: uel pro cõseruatione speciei: ex cuius excessu causat̃ peccatum luxuriæ: & sunt quattuor. Si uero uoluntas refugit aliquod bonũ contra instinctum rationis causatur inuidia: si ſm impetum irascibilis, est ira: & sunt

sex: si deniq; sm instinctum concupiscibilis, est accidia: quare sunt septem, quoq; quattuor sunt respectu principalium appetibilium: & tria respectu triū uirium animæ. Et quidā addūt q; cum sensus appetibilis sit cum delectatione/& sensus rei fugiendæ cum tristitia: ideo quattuor peccata delectant, & tria cō tristant: sed istud nō est semper: patet quādo inuidus assequit intentum: & iratus, quando nihil ei aduersatur: & accidia, qñ est sine labore. Et prædicta septem uocantur capitalia, uel qa ex eis ueluti ex capitibus multa alia mala nascuntur, uel quia interimunt caput hominis, hoc est rationem: & interdum uocātur pœnalia, quia deprauant naturam, uel causant ignorantiam: quæ est pœna peccati: ut aiunt, q; crimina criminibus puniuntur. Et licet pœnæ sæpe cedant loco iustitiæ: nulla tamen culpa causata a libera uoluntate, potest esse iusta. Et quia malum importat recessum a bono, ideo unum malum uocatur naturæ quando diminuit bonum istius: aliud moris, quādo homo recedit a rectitudine iustitiæ: & istud est in sola uoluntate eligēte: & differt a bono naturæ: quoniam uoluntas mouet seipsam, non autem natura. Et licet sit principium motus/& quietis, est tamen terminata ad unum modum agendi. Diuiditur insuper malum, quia aliquod est culpæ, ut affectio uoluntaria: & aliud pœnæ inuoluntaria illud est quod facimus istud qd patimur a causa superiori/uel inferiori. Vtcunq; tamen bonum morale, quod est iustitia, non perditur nisi per iniustitiam, quæ est culpa: & ista ratione originalis uocatur contracta: quia non est eadem cum culpa peccati actualis, licet sit ei annexa: quomodo autem quis possit pati uoluntarie malū, in primo libro Opuſculorum dictum est.

Cap. iii. de peccato in spiritum sanctum.

DE isto referunt sex species uidelicet inuidia fraternæ gratiæ: ipugnatio ueritatis cognitæ: desperatio/ p̄sūptio/obstinatio & finalis i pœnitētia. Vt tñ euitemus plixitatē, cōsiderādū q; qñ peccator agit contra psonam patris, cui tribuitur potentia: talis

deficiendo uocatur impotens : & contra personam filii , cui tribuitur sapientia, uocatur ignarus : contra uero spiritum sanctū, cui tribuitur bonitas, uocatur maliuolus. & nullum potest esse maius q̄ causatum ex malignitate uoluntatis: puta quando homo scit aliquid esse peccatum mortale, & potest ei faciliter resistere, & tamen eligit illud uoluntarie. nam licet abutatur libertate arbitrii in sui pernitiem: ultra hoc tamen impugnat gratiam / & bonitatem spiritus sancti , per quam remittuntur peccata. Non enim, ut aliqui putant , uocatur irremissibile ex eo q̄ non possit remitti: sed quia uoluntas agit præcise cōtra remedium remittendi tum in se, tum respectu trinitatis: quia tota cooperatur. Et alii extendunt particularius: quoniā si unitas ecclesiæ resultat ex caritate/& ueritate contra istam, committitur duplex peccatum: respectu caritatis uocat inuidia fraternæ gratiæ. Contra secundum uocatur impugnatio ueritatis cognitæ, comparando etiam peccatum ad Deum dantem gratiam: q̄m uiæ iustificationis sunt misericordia / & ueritas : ideo causantur alia duo: primum contra misericordiam uocatur desperatio: secundum contra ueritatem, quæ est pars iustitiæ, uocatur præsumptio. sed est fere idem cū priori. Agentes uero contra gratiam pœnitentiæ: quoniam ista facit dolere de cōmissis, & præcauere a cōmittendis: qui negligit/seu agit contra primum uocatur obstinatus: & contra secundum, uidelicet quādo non uult præcauere : & utroq; modo quando habet propositum nō pœnitendi: ista obstinatio facit peccatum irremissibile respectu cuiuscunq; mortalis quicquid dicat ab aliis. De correctione uero caritatiua/& euangelica, & de criminibus, quibus statuuntur a legibus pœnæ grauiores : quære in tertia parte philosophiæ moralis libro quinto trac. vi.

Liber Secundus.

Trac. i. de incarnatione verbi.

Cap. i. an genus humanum potuerit aliter reparari.

QVAMVIS Deus potuisset per suam potentiam absolutam extinguere penitus in radice maculam originalis, ut fecit in beata uirgine: iste tamen modus fuit conuenientior. Nam sicut infectio humanæ naturæ habuit ortum ab illis duobus primis ꝑm carnem inferiorem: pariter sanatio opposita debuit procedere a persona diuina quæ conferret hominibus gratiam ꝑm spiritum & partem animæ superiorem: quod fuit admirabile. Nam si nō est minus redimere hominē q̄ creare mundum: sicut nemo potest creare nisi Deus, pariter nec redimere. Licet insuper in creatione ostenderit potentiam sapientiam/& beniuolentiam in incarnatione: tamen manifestauit ista tria adeo magna, ut non potuissent imaginari maiora de potentia, patet, quia delcēdit in mundum, & uniuit cum uerbo naturam humanam infinite distantem ab eo. & de sapientia, quoniam uerbum fuit prius origine productum ab æterno: & natura humana creata post omnes alias. & de beniuolentia, quia nihil benignius potest cogitari q̄ ꝙ filius Dei acceperit pro nobis formā serui, qđ sane decuit: qm̄ si homo per recessum a suo creatore erat factus ſpotēs/ignauus/& malignus: si debebat resurgere ab isto statu: oportebat ut Deus iterum ostenderet se potentem/cognoscibilem/amabilem: quomodo ue deinceps esset imitandus: aliter non potuisset post lapsum amari, nec imitari a nobis: quare nec homo recuperare pristinam innocētiam quod exigebat iustitia: nec aliqua creatura poterat satisfacere: quia si sic, homo fuisset subiectus illi, & non Deo. Nisi igitur amicitia Dei fuisset recuperata per illum, qui esset similis ei in diuinitate, & homini in humanitate: culpa totius humanæ naturæ non fuisset abolita per satisfactionem condignā. Et licet

aliqui teneant q̃ etiam si illi primi non peccassent, non minus uerbum assumpsisset humanam carnem ad cõmunicãdam nobis suam bonitatem: non tamen erat necessarium, & minus quod pateretur.

Cap. ii. de considerandis circa incarnationem.

SOlent de ista considerari opus in se: secõ modus: tertio tẽpus. Quantum ad opus licet nõ potuerit procedere, nisi ex occulto misterio Dei unientis carnem & animã intellectiuã cum diuinitate: non tamen est credendum q̃ unierit duas naturas: sed solum humanam cum persona diuina, non cuiuslibet sed uerbi assumentis illam. Et quando Ansel. inquit q̃ Deus assumpsit naturam in atomo, intelligitur q̃ uniuit eam cum uerbo indiuisibili: aliter non esset uerum: q̃ quicquid prædicat de uerbo filio Dei prædicetur etiam de filio hominis: Nam incarnatio fuit remedium/satisfactio/& reconciliatio totius humani generis lapsi/& uitiati in anima/& in carne: ideo totum debebat assumi, sicut & reconciliari: sed uocatur incarnatio, & non animatio: tum quia caro est magis nota, tum quia magis distat ab integritate naturæ: ideo clarius ostenditur assumptio totius/& maior dignatio Dei. Nec est uerum/nec possibile q̃ humana natura concurrat ad istum effectum, ut pars cum toto ad cõstituendam tertiam entitatem: nec q̃ illa diuina transeat in aliam: & id propter simplicitatem/& indiuisibilitatẽ diuinæ: quæ nec fuit coniuncta cum humana in unitate subsistantiæ, nec accidentis: sed in unitate personæ uerbi: quia istud est impossibile subsistere in aliquo suppposito, nisi in ꝓprio: unde fecit seipsum suppositum: quare in Christo fuit una tantũ personalitas uerbi assumentis. Et licet dicatur q̃ ista unio notet solum relationẽ disquiparentiæ: cum hoc tamen qui erat filius Dei, factus est filius hominis, remanẽte filio Dei. Et propterea in isto mysterio oportet ut sit facta cõmunicatio idiomatum: nisi forte uocabulum esset tale, in quo includatur aliqua repugnantia respectu naturæ assumptæ.

Cap. iii. de modo incarnationis.

ANgelus Gabriel annunciauit & declarauit istud mysteriū uirgini, quando salutauit eā dicens: Aue gratia plena. Et statim postq̄ uirgo credidit & appetiit: spiritus sanctus in eā superuenit/sanctificauit/& fecundauit: & illius uirtute concepit filium Dei: quem postea peperit: & uirgo permansit: concepit inq̄ carnem animatam anima rationali nulli peccato obnoxia unitā uerbo. Si enim lapsus fuit per suggestionem dēmonis, & consensum mulieris deceptæ: ideo annunciator debebat esse angelus bonus, cui uirgo crederet. Et sicut Eua fuit cognita & decepta. ecōtra uirgo fuit intacta, & per angelū erudita, per spiritum sanctum sanctificata: & sic deleuit culpam/& morbum transfusum/& mortem inde sequentem. Siue igitur Gabriel nuncius patris æterni sit nomen officii: quia interpretatur fortitudo, siue sit nomen personæ sicut Michaelis/uel Raphaelis: fuit tamen missus ad fortissimum opus. Nec est uerū quod dicunt, uidelicet illi superioris ierarchiæ non mittant: qm̄ cōstat ex sacra scriptura q̄ angelus missus ad Isaiam fuit unus ex Seraphim tenens in manu calculum ignitum. Gabriel autem apparuit uirgini cum corpore assumpto: aliter non potuisset illā istruere. & inuenit eam in loco, in quo erat solita orare: et ſm aliquos hora cōpletorii forte quia sicut Christus erat sepeliendus, similiter ingrederetur in uentre matris. & ſm alios in media nocte, iuxta illud: Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu iter peragerent, omnipotens sermo tuus domine a regalibus edibus uenit. Et forte incœpit illam erudire hora completorii, & stetit usq̄ ad mediam noctem: qm̄ superuenit spiritus sanctus. & tunc uirgo propter immensam beniuolentiam trinitatis cōcepit: & loco seminis hominis interfuit purissimus sanguis illius, qui in instanti conceptionis fuit cōsolidatus/& cōfiguratus. Quid autem significauerint uerba dicta ab angelo in domo Elisabet. v3: Astitit regina a dextris tuis &c. in libro de sacramentis in præfatione uirginis declaratum est. Apparuit etiam Gabriel Danieli: quando reuelauit ei

q lapis abscissus sine manibus erat Christus. Secdo Zachariæ pro natiuitate Io. Baptistæ. Tertio beatæ uirgini bis. Quinto pastoribus. Sexto Magis. Septimo Ioseph in somnis ut fugeret in Egyptū. Octauo eidem, ut rediret in terrā Iuda. Nono apostolis in Galilea: Decimo eisdem post resurrectionem. Nec mirum, quia etiam angelis profuit incarnatio: ut per animas nostras restauraretur numerus deperditorum. Virgo autem cogitauit qualis esset ista salutatio: quia tale mysterium non potest comprendi ab aliquo. Et quādo dicitur q est turbata in sermone angeli, putant istud accidisse, quia angelus declarauit ei mysterium passionis. Alii assignāt causam, quia ipsa prius uouerat uirginitatem: quia enim timebat illam perdere: ideo potius eligebat eam saluare, q̄ concipere: quia, ut aiunt, uirginitas est uirtus moralis, non autem incarnatio: quod est bonum honorabile. Isti tamen decipiūtur, quia credunt q uirtus sit magis appetenda q̄ honor: & non cōsiderant q concipere uerbum est finis uirtutis: quare nobilior: quoniam uirtutes eliguntur propter alium finem. Causa igitur fuit quia de uirginitate erat certa, & non de incarnatione: cui tñ consensit postq̄ fuit instructa ab angelo: & appetiit illam obediendo/& obtemperando cum magna humilitate, qua se uocauit ancillam. Consensus tamen fuit causa conceptionis non per quam, sed sine qua. Nec propterea est uerum q humilitas sit nobilior uirginitate: ex eo q superbia illi opposita sit deterior q̄ perdere integritatem corporis: quia isti similiter non recordantur de natuis uirtutum: uidelicet q quædam sunt impellentes, quædam retrahentes. Et respectu fortitudinis maius uitium est timere q audere: secus de temperantia: sed de his in prima parte nostræ philosophiæ moralis. Quoniam autem præcesserant tres modi producēdi: primus fuit sine uiro & muliere ut Adā: secundus de uiro sine muliere: ut Eua ex Adam: patet quādo interrogatus a Deo quæ esset illa: respondit os ex ossibus meis & caro ex carne mea. Tertius de muliere & uiro: sicut in omnibus natis: quare fuit conueniens addere quartum: uidelicet de muliere sine semine uiri per uirtutem diuinitatis perficientem

illud quod erat loco seminis. compleuit enim in instanti temporis quod nūq̄ potuit/nec poterit facere aliqua creatura: quia solus Deus operatur in æternitate, & non in tempore, nec in æuo. Et quoniam angelus dixerat ei: Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic est mensis sextus &c. Ideo statim post beatissima uirgo Dei miraculo, sola ut creditur, & in uno die abiit in montana ad domū Elisabeth: quæ ut aliqui putant, distabat ultra triginta miliaria a Bethleē: & ibi stetit per tres menses usq̄ ad partum illius: & interea cō posuit illud canticum: Magnificat anima mea dominum.

Cap. iii. de congruentia temporis.

QVamuis Deus potuisset statim post lapsum reparare: uoluit tamen q̄ p̄cederet lex naturæ: & illa Mosi, iuxta illud Pauli: At ubi uenit plenitudo temporis, uidelicet prænunciati per prophetas ueteris legis: Deus misit filium factum ex muliere: & sub lege: ut qui erant sub ea: repromissionem acciperent: supple in tēpore, in quo homines quærebāt saluari: & non quando nolebant: nec quando non recognoscebāt eorum impotentiam, nec seipsos: patet: quia in statu naturæ dicebant: Quis ostendet nobis bona? quibus respondit Dauid: Signatum est super nos lumen uultus tui, hoc est legis naturalis: quia tamen ista nō sufficiebat: ideo Deus per Mosem dedit illis legem scriptam. Et ne possent prætendere ignorantiā, statuit in ea præcepta moralia/ac etiam cerimonialia: ut cognita impotentia recurrerent ad Deum. Et licet non potuissent illum cognoscere, habebant tamen prophetas: quorum dicta obscura poterant declarari per sapientes. Distulit igitur Deus mittere filium ante istas duas leges, tum ut ardentius desideraretur/& deuotius susciperetur, tum quia uoluit procedere ex imperfecto ad perfectum, & forte in ultima ætate: sicut homo fuit productus in ultima die, uidelicet sexta: quia iste numerus est plenior aliis. Septima etiam ætas est apta ad sapientiam: quæ cōplet omnes leges: & est finis omnium scientiarum non tamen mist

illum in fine mundi: quia in isto homines non potuissent operari, nec mereri.

Trac. ii. de plenitudine perfectionis Christi.

Cap. i. an in eo fuerit omnis gratia.

CErtum est q̄ erat immunis ab omni culpa: nec peccauit nec poterat habere peccatum: & nisi habuisset plenam gratiam, non potuissent omnes qui fuerunt/sunt/& erunt, quā do accedunt ad eum saluari per fidem/& fidei sacramenta. Nec Io. Euangelista diuisset: Plenum gratiæ/& ueritatis. habebat enim in se naturam diuinam adorabilem & humanam adorantem: & ratione primi debetur sibi adoratio latria: & ratione humanitatis yperdulia.

Cap. ii. de eius sapientia.

ISta fuit in eo quantum ad differentias cognoscibilium, & ad modum cognoscendi cognouit enim omnia, quæ sunt in actu uel in potentia: diuersimode tamen, quoniam cognouit finita in actu/& infinita in habitu. nam summo Deo omnis infinitas est terminata. Et dato q̄ homo non intelligat infinitum, non tamen quiescit in bono finito. Potuit igitur Christus per naturam diuinitatis cognoscere conditiones omnium rerum tam illarum quæ habent esse in arte diuinæ sapientiæ q̄ in mente humana, & in propria existentia. Res uero in proprio genere cognouit per sensum memoriam & experientiam: quoniam ista in nobis est principium & ratio cognoscendi alia: & super ea fundantur prima principia. Cognouit etiam eius anima mysterium incarnationis melius q̄ aliquis propheta uel angelus: similiter omnia quæ spectant ad totum uniuersum: quoniam homo ante lapsum præerat omnibus creaturis.

Cap. iii. in quo tempore perfectio meritorū inceepit in Christo.

TEnetur q̄ ab instanti conceptionis usq̄ ad mortem: potuit tamen mereri pro nobis ueniam/& gratiam ratione suæ immensæ caritatis, & id orando/agendo/& patiendo. Nisi enim in eo fuisset plenitudo sapientiæ/& gratiæ,& omnes uirtutes quantum ad habitum / & operationem non potuisset facere nos capaces de felicitate æterna: nec de illis, quæ conferunt ad merendum/uel demerendum. Et quando dicitur q̄ aliquis potest tripliciter mereri, uidelicet faciendo de mdebito debitum: uel debito magis debitum: uel de debito uno modo debitum alio modo. omnibus istis modis meruit Christus non per se: quia non poterat proficere in sanctitate: erat enim in conceptione sanctissimus. Nam quando in sacra scriptura dicitur Christus proficiebat/& confortabatur in sapientia intelligitur q̄ manifestabatur illa, quæ erat in eo: qua etiā nos proficimur in iustitia/& caritate.

Trac. iii. de passione Christi.

Cap. i. de tollerantia ipsius.

ASSumpsit autem uerbum non solum naturam humanam,sed etiam sensus pœnas: respectu corporis/uidelicet famem/sitim/lassitudinem: & respectu mentis tristitiam/gemitum/& timorem terribilium: non tamen defectus egritudinū, nec ignorantiæ,nec rebellionum carnis ad spiritum: nec poterat aliquid pati contra uoluntatem Dei, nec contra suam. Nam si erat mediator inter Deum & hominem,debebat cōmunicare cum Deo in iustitia/& beatitudine: cum homine uero in passibilitate/& morte: unde habebat beatitudinem simul cum mortalitate/& passibilitate. & propterea fuit uiator/& comprensor: assumpsit enim de statu innocentiæ immunitatem peccandi: & de statu naturæ lapsæ mortalitatem: & de statu gloriæ beatitudinem:

dinem. fruitionis perfectæ: quare illæ quattuor pœnæ inflictæ homini per peccatum originale, uidelicet ignorantia/infirmitas malitia/& concupiscentia: istas inquam non habuit, nec assumpsit: quia non poterant stare cum perfectissima innocentia. Pœnæ uero quæ sunt causæ exercendæ uirtutis, & quæ consequuntur, humanam naturam in cõmuni sustinuit uoluntarie, patet: quia in eo non erat colluctatio, nec pugna: quia ista aduersatur beatitudini/& perfectissimæ innocentiæ.

Cap. ii. de concomitantibus passionem.

NIsi passio Christi satisfeciſſet efficacissime: culpa offensæ non fuisset deleta: nec humanum genus complete reparatum. Non solum enim fuit passus ſm omnia membra principalia, sed etiã ſm omnes uires animæ: & fuit acerbissima tum ratione uulnerum, tum ex mestitia mentis/ac etiã ex ignominia: quia crux erat supplicium pessimorum latronum, & associata cum morte: quæ in mundo est ultimum terribilium. continue tamen tollerauit omnia uoluntarie propter iustitiam & obedientiam: & tandem cum humilitate restituit honorem Deo: ad quod tamen non tenebatur: non inquantum filius Dei: quia erat æqualis patri: nec inquantum homo: quia erat innocens, & non reus pœnæ: & tamen semetipsum exinaniuit factus obediens usq; ad mortem. Nam si primi erecti in sua peribiam perdiderunt immortalitatem pro se & tota posteritate ideo filius Dei factus homo propter peccata illorum fuit passus in ligno passione ſm quamlibet partem sui corporis/& animæ: quia omnes erant maculatæ. Sensit etiam magnum dolorem: quia habebat complexionem temperatissimam, & sensus uiuacissimos: semper tamen seruauit summam caritatem erga Deum/& proximum: & non solum sustinuit dolores, & tristitias respectu sui, sed etiam illorum, qui erant cum eo. Quamuis aliqui dicant q; Christus in illo triduo mortis non fuit homo: quia anima erat separata a cor-

pore: semper tamen ipsa & corpus fuerunt unita cum verbo. Quia igitur mors in humana natura non potest inducere mortem in personam assumentis illam: ideo bene dicitur q mors est mortua in uita, & morte deuicta homo fuit liberatus ab ea/& a causis illius.

Cap. iii. de illis quæ fecit post mortem/& resurrectionem.

ANima Christi descendit ad limbum ad liberandum illos qui decesserant in fide & fidei sacramentis, quæ sane in quolibet tempore uigucrunt. Et resurrexit tertia die reassumendo corpus non tale quale fuerat prius, sed impassibile/& immortale in sempiternum. Nam si uerbum erat reformatum omnia quantum ad cœlestia/mundana/& infernalia: ista erant reparanda per ueniam: & terrestria redimenda per gratiã: cœlestia reintegranda per gloriam: ratione primi anima Christi descendit ad inferos ad liberandum illic detentos: quia non erant amplius in statu merendi: & per suam passionem erat eis aperta ianua paradisi. Et ratione secundi surrexit a mortuis, ut liberaret nos a morte peccati: & quia renouauit mundum per nouam uitam: ideo contulit omnibus qui præcesserunt/& sequentur: dummodo sint membra Christi. Vel aliter resurrexit tertia die, uidelicet infra uigintisex horas, ut uere costaret de morte. nam si resurrexisset citius, potuisset aliquis credere q non fuisset uere mortuus: & si distulisset, potuisset suspicari q non habuit potentiam reuocandi alios ad uitam: & sic spes discipulorum, quæ erat fundata in fide immortalitatis, fuisset disturbata. Quare distulit per quadraginta dies anteq̃ ascenderet cœlum: ut interea per multa signa/& argumenta discipuli essent certi de resurrectione. Misit autem spiritum sanctum ut inflammaret apostolos diuina caritate: & post decem dies, ut infra illud tempus iciunassent/orassent/& gemerent, ut essent dispositi ad suscipiendum tantum donum, quod est fundamentum omnium carismatum in ecclesia Dei: in qua Io. Euangelista in Apoca. præuidit flumen aquæ

uiuæ ſplendidum tanquam criſtallum procedentem a ſede Dei & agni. Dicitur autem ꝙ ſedet ad dexteram patris, non quantum ad ſitum: quoniam illic non ſunt differentiæ partium materialium ſicut hic: ſed quantum ad excellentiam bonorum/uel partium carentium materia in potentia.

Trac. iiii. de gratia.

Cap. i. de gratis data

ISta eſt generalis, & datur omnibus indifferenter: quia ſine ea non poſſemus uiuere/nec operari. Et quia non poteſt conferri ab alio, q̃ a Deo: ideo inquit: ſine me nihil poteſtis facere. & alibi ꝙ Deus portat omnia uerbo ueritatis ſuæ. Eſt enim iſta radix merendi, & præcedit omnia merita, & præuenit uoluntatem, ut uelit/& ſubſequitur ne uelit aliquid fruſtra. Et licet ipſa non poſſit ab aliquo mereri: poteſt tamen ex merito augeri in iſto ſtatu/& præparare uiam ad cœlum. Si enim nulla creatura mundi habet eſſe ex ſe: ſed totum procedit aliũde: quare ex ſua defectibilitate ſemper eget ſuo principio productiuo conſeruante: aliter laberetur in nihilum: & iſta conſeruatio uocatur gratia: quia non procedit ex debito, ſed ex largitate Dei conferentis. Concurrit inſuper cum libero arbitrio non ꝙ ipſum cogat, ſed ut cooperetur/ſeu conſentiat expulſioni culpæ, & deteſtetur peccata: & id in adultis. in paruulis uero ſufficit fides eccleſiæ/& meritum Chriſti.

Cap. ii. quomodo iſta præparet ad aliam.

QVando homo excitatur a gratia prædicta, ſi conſentit ſeu coagit: tunc anima præparat ſe ad aliam faciẽtẽ. gratũ conſentit inq̃, quia Deus non poteſt iuſtificare peccatorẽ ſine cõſẽſu ſuæ uolũtatis. unde q̃uis exiſtẽs in mortali nõ poſſit ex ſe implere legem meritorie ſine ſecunda gratia: non tamen

excusatur, si non facit quātum est in eo ad se ꝑparandum ad quod sufficit illa prior. Quando uero habet illam facientem gratū, potest cum ista mereri prǽmiū uitæ æternæ: quam tamen Deus reseruauit sibi in sempiternum: ne homo glorietur in se, nec in alio q̄ in suo creatore. nec aliquis ex se est aptus peruenire ad eam: nisi prius eleuetur supra se per habitū carita tis: per quem assimilamur ei: qui est summa caritas: & in anima est imago trinitatis: unde in homine sic dispositio infundit secundam facientem gratum: qua mediante omnia quæ agit, refert in Deum: & ipsum super omnia diligit: & sine impedimento seruat eius mandata: & adoptatur pro eius filio: & eius anima fit sponsa christi, & filia patris æterni. Et propterea dicunt sancti q̄ feruor caritatis perficit / uiuificat / & coniungit nos indiuiduæ, trinitati.

Cap. iii. an una gratia perficiat omnes potentias animæ.

Quoniam anima habet plures uires quæ distinguuntur per sua obiecta: & in corpore sunt plura organa ideo dubitatur an omnes perficiantur ab una gratia: tenetur q̄ sic: quōniam si anima humana est indiuisibilis: si essentia non potest separari a suis potentiis: quare nec illa perfici seorsum ab istis: sed omnes simul. Et licet gratia sicut & caritas Dei habeat gradus, iuxta illud: In domo patris mei mansiones multæ sunt. illa tamen quæ confertur animæ: confertur etiam seris uiribus: sed sub quadā ꝓportione: quia nō omnes potētiæ sunt æque capaces. nam & aliquæ operationes sunt potiores aliis, puta intelligere / & uelle & se conuertere ad intellecta: & propterea uires superiores disponuntur eum illa priori gratia generali, mediante fide / spe / & caritate. inferiores uero per alias quattuor uirtutes morales, quæ sunt prudentia / tēperantia / fortitudo / & iustitia: gratia tamen postea perficit omnes: quia q̄n anima / seu homo est sic præparatus cum illis uirtutibus fit Deo acceptus: unde statim infundit in eo secūda gratia, qua ꝑficit in

totum & facit suum, quod est solius Dei: qui non reddit pauca illis qui fideliter & cum charitate obsequuntur eius mandata. Quando tamen ruit in mortale: non potest resurgere sine auxilio nouæ gratiæ: ad quam duo ex parte Dei necessario cõcurrunt, uidelicet expulsio culpæ, & infusio gratiæ: quia gratis data non sufficit ad reuocandum hominem a mortali. Nam si transgressor est factus tunc ueluti rebellis Deo: ex quo obligatur ad æternum supplicium. Si offensio est immensa: impossibile est ut homo ex se resurgat, nisi prius relaxetur pœna: quæ solus Deus facere potest, & facit propter merita Christi/& ecclesiæ, quibus absoluit animam, quæ erat obligata ad pœnam & satisfactionem condignam: tunc enim impartitur ei præmium passionis. Et duo alia requiruntur ex parte peccatoris, uz contritio cordis/& dolor cum detestatione peccati. An autem prius expellatur culpa, q̃ infundatur gratia: uel econtra: aliud requiratur: in lib. de sacramentis plene dictum est.

Cap. iiii. an dona spiritus sancti sufficiant.

Videtur q̃ sic: quia non sunt sine gratia: sed equiuocatur in nomine: quia una est generalis/& alia specialis. & de ista intellexit Esaias loquens de flore, qui processit ex radice Iesse, uz Christo, quando dixit: Requiescet super eum spiritus domini. Dona spiritus sancti sunt septem: primũ est spiritus sapientiæ: secundum est intellectus: tertium spiritus consilii: quartum fortitudinis: quintum spiritus scientiæ: sextum pietatis: septimum timoris domini. nam contra superbiam datur timor: qui prohibet inflare spiritum: contra inuidiam pietas: contra iram scientia: quia iracundia facit hominem insanire: contra accidiam, quæ reddit mentem ad bene agendum inualidam, datur fortitudo: & contra auaritiam consilium: & intellectus contra gulã: & sapientia contra luxuriam. Quia igitur dona sunt remedia ad perueniendum ad finem: ideo egent gratia, quæ faciat animum habilem, ut possit implere illa, quæ dona suadent. Et ab alis dicitur q̃ irascibilis quando fortuna

est prospera, iuuatur timore: & quando aduersa, fortitudine: & concupiscibilis iuuatur pietate erga proximum: & cum sapiētia erga Deum: & rationalis per donum intellectus eleuatur ad speculandum: & per donum consilii ad eligendum: & per donum scientiæ ad inquirendam/& exequendam ueritatem. Virtutes etiam perficiuntur per dona. nam timor perficit temperātiam: quia retrahit ab excessu: pietas iustitiam: consilium fortitudinem/ac etiam prudētiam/& spem: intellectus fidem: sapientia charitatem iuxta illud: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et licet cum ista quiescat mens in optimo, non tamen in fine supernaturali: nisi per gratiam facientem gratum. Est autem sapientia una & eadem in Deo/& in nobis ratione unitatis obiecti, differens solum fm magis & minus perfectū. Vita uero actiua exigit potius pietatem/& caritatem in agendo: & fortitudinem in sustinendo: quæ complentur per alia dona. De operibus uero pietatis/seu misericordiæ, puta sepelire mortuos: uisitare infirmos: uestire nudos: cibare famelicos: de quibus alibi. redimere tamen captiuos uidetur præferri.

Cap. v. de beatitudinibus relatis in sermone de monte.

CHristus rettulit septem, quæ sunt paupertas/spiritus/mitidas/luctus/misericordia/esuries iustitiæ/mundicies cordis/& pax mētis. & istæ participāt magis de gratia: quia propinquiores fini respectu donorū: sufficientia uero beatitudinum declaratur: quia si ad perfectionē uitæ requiritur recessus a malo, processus in bono, & status in optimo. Malum uero aut procedit ex superbia/aut ex malitia/uel concupiscentia: paupertas uero spiritus reuocat nos a malo superbiæ: & mitidas a malitia: & luctus a malo concupiscentiæ. processus etiam in bono attenditur penes ueritatem/& misericordiam: quæ sunt uiæ domini: a quibus sumunt duæ aliæ beatitudines, uidelicet esuries/seu zelus iustitiæ/& affectus misericordiæ: status autē in optimo consistit in cognitione clara/& in trāquillitate mētis: pro quibus dantur mundicies cordis ad uidendum Deum, &

pax mentis, qua possit frui. Possunt tamen aliter declarari. nam si in uita ista reperiuntur tres perfectiones, una religionis, alia prælationis, tertia sanctitatis intime. Ad illam religionis exiguntur tria uidelicet abdicatio bonoꝝ priuatorum, paupertas & acceptio ipsorum in cōmuni: secundo obedientia: tertio castimonia. primum ostendit cum ait: Beati pauperes spiritu. secūm cum dicit: beati mites: quia disponit ad obedientiam. tertium completur per amaritudinem luctus, quæ custodit a luxuria. Ad perfectionem uero prælationis exigūtur duo uidelicet zelus iustitiæ / & affectus misericordiæ. & quia cum istis associatur ueritas, quæ tria custodiūt Regem: ideo sine istis nemo potest bene regere nec se/nec alium: similiter debet esse disposita eccle sia militās: quia ordinata ut acies castroꝝ. Tertia perfectio sanctitatis intrinsecæ: & ista exigit puritatem conscientiæ/& tranquillitatem potentiaꝝ animæ, quæ habetur per ultimam beatitudinem, uidelicet per pacem/& quietem mentis in Deum. Ad percipiendos autem fructus beatitudinum, quæ sunt charitas, gaudium/pax/patientia/lōganimitas/bonitas/benignitas/mansuetudo/fides/modestia/continentia/& quies, satis constat ꝙ sūt effectus beatitudinum, qui disponunt animam ad tranquillitatē mētis: quia potest quiete diligere Deum/& proximum: quare beatitudines non solum protegunt a malis, sed etiam ab occasione ipsorum. Et quoniā superbia/& auaritia sunt potissimæ causæ malorum: ideo paupertas spiritus est fundamentū totius perfectionis euangelicæ. Et quando Christus dixit: Vende omnia quæ habes: uoluit ostendere ꝙ omnia sunt postponēda ut expeditius sequamur / & diligamus Deum. Est tamen necessaria scientia: quia per istam cognoscimus ꝙ multum distamus a beatitudine: ac etiam sapientia: quia mediante gratia coniungit nos Deo optimo: ad quod tandem succedit trāquillitas: quoniam cum quiete/& pace semper associatur delectatio spiritualis, quæ est terminus felicitatis. habitus igitur uirtutum mediante gratia disponunt nos ad agendum: & habitus donoꝝ ad contemplandum: & habitus beatitudinum ad perfectionē amborum. Quare sensus spirituales beatitudinum sunt refe-

ctiones mentales, quas forte prophetæ habuerunt per reuelationem in triplici uisione, uidelicet corporali/imaginaria/& intellectuali . homines uero iusti acquirunt illas per speculationem, quæ hic in uia incipit a sensu, & postea accedit ad intellectum speculantem : unde propheta psallat, inquit, spiritus meus & illuminatio mea : quē nemo nouit nisi qui recte operaf per grām

Cap. vi. de fundamentis beatitudinis æternæ .

PRimum est fides : quoniam ista habet maiorem rationē uirtutis respectu omnium moraliū : & est de longe maiori bono : nō loquor de fide informi : quoniam licet ista disponat mentē ut possit magna/& ardua operari : iuxta illud Pauli: Si tantam fidem habuero, ut montes transferam : non tamen est per se uirtus : quia nec est proxima dispositio perfecti ad optimum : interdū tn operatur cū timore , ut inquit Esaias, q̄ de mones credunt/& contremiscunt : sed loquor de fide formata caritate : quæ est uirtus completa, qua intellectus ita tendit in uerum, ut nullo modo possit subiici falsitati : & propterea unit nos cum Christo : de qua ad Ro.v. dicit: ut iustificati per fidē: pacem habeamus . Quæ uero dicuntur ab Aug. in libro de uerbis domini, uidelicet q̄ differunt credere Deo, & credere in Deum, & credere Deum . Ista iaḡ non distinguunt diuersos actus eiusdem fidei, sed solum diuersos modos credendi : ut in tertia parte moralis philosophiæ dictum est . Tenetur autem q̄ fides non sit proprie in uoluntate . nam si est propinqua scientiæ : quia etiam uere credens exigit certificari de credibilibus : ideo erit in intellectu non practico : quia iste ordinatur ad opus sed speculatiuo . Verum licet bonum fidei ordinetur ad ueritatē circa quam negociatur intellectus : subiicitur tamen imperio uoluntatis : quia ista est prior/uel saltem immediatior causa cuiusli bet motionis . Et quando diffinitur a Paulo q̄ est substantia sperandarum rerum, uult ostendere q̄ est fundamentum sustentans omnia comprensibilia : & addit argumentum non apparentium : quia inclinat ad credendum illa, quæ non uidentur,

Nam & Thomas apostolus aliud uidit, & aliud credidit. Et licet ad cōpletum actum credendi concurrat uoluntas obiectū & intellectus: non tamen est scientia: quia ista habet certitudinem, non autem fides. Spes uero & caritas potius remouent impedimēta credendi: & sunt aliquomodo priores fide, sicut tamen uoluntas nunq̄ fuit accepta Deo sine caritate: pariter nec intellectus sine fide: quæ licet sit ex auditu, non tamen ignorat. Et quando Aug. dicit: Fides est credere quæ non uides, intelligitur oculo exteriori, & non interiori. Oportet autem q̄ omnia de quibus agitur, in theologia comprendantur sub unitate unius obiecti. Et q̄uis credibilia sint multa & diuersa respectu temporum: includunt tamen uirtualiter in suis principiis: qui sunt articuli fidei, quos omnes christiani obligantur credere saltem implicite hoc inq̄: quoniam articuli de unitate essentiæ/& trinitate personarum debent declarari ab illis qui habent curā animarū, uel obtinent statum perfectorum, & non a rudibus uel ignauis. Infidelitas uero quæ reperitur apud diuersas gētes & sectas, est maior & minor ꝑm diuersam renitentiam eorum in modo credendi. Nam Iudei magis aberrant q̄ pagani/seu gentiles: quoniam illi acceperunt fidem saltem in figura: non autem isti: & si forte ad effectus istorū aliquando subsequātur deteriora mala: hæretici uero longe plus delinquūtur: quoniā susceperunt/& promiserunt fidem, quā postea ꝑditorie negāt.

Cap. vii. de ulteriori notitia.

PEr lumen articulorum mens nostra potest eleuari in Deū & perspicere q̄ est summe diligendus: & q̄ ratione suæ eminētiæ & iustitiæ debetur ei summa subiectio: & ratione misericordiæ q̄ possimus ad eum recurrere cum fiducia. & quia est maxime uerum, ideo præferendum cuilibet alteri uero: nam & omnes aliæ ueritates procedunt ab illa Dei, quæ solum potest perspici ex fundamentis prædictis: quia sunt principia diuinæ scientiæ: uel .n. dirigunt nos circa statū patriæ: puta cōcernentes diuinitatem: uel instruunt nos circa humanitatē Christi

uel uerbi: quod assumpsit istam respectu diuinitatis. primus est de unitate essentiæ: & tres alii ratione trium personarum: & sunt quattuor in totum. quintus est de productione mundi. sextus de uniuersali resurrectione. septimus de gloria æterna. Respectu uero humanitatis Christi: primus est ꝙ fuit conceptus de spiritu sancto. secūdus natus ex Maria uirgine. tertius passus in cruce/& mortuus. quartus ꝙ descendit ad inferos. quintus ꝙ surrexit a mortuis. sextus ꝙ ascendit in cœlum. septimus ꝙ ueniet ad iudicandum uiuos/& mortuos. & omnium istorum est una fides respectu omnium temporum. Illi tamen de incarnatione sunt nobis magis manifesti q̄ fuerint illis de ueteri testamento.

Cap. viii. de præceptis Domini.

PEr ista specificantur diligenda/& præcauenda. primum statuit ꝙ debemus diligere Deum super omnia per se, & propter se. per secundum proximum sicut nos ipsos: & intelligitur per eundem habitū caritatis, quo omnes subiicimur Deo. Et ab istis duobus mandatis pendent omnes leges noui/& ueteris testamēti. & omnis scientia diuina/& contenta in ea reduc̄untur ad ista duo. Nam si Deus est finis cuiuslibet fruitionis & caritatis, ideo anima nostra/& corpus nostrū/similiter anima proximi/& eius corpus sunt diligenda sub Deo. utrobiq; tamen amor animæ debet præferri amori corporis. & istud secundum mandatum continetur sub primo: quia est finis: amabo tamen unisunt nos Deo/ac etiam cum ecclesia militante: pro qua Christus orauit, ut esset unita, cum inquit: Ego in eis, & tu in me. & extenduntur ad omnia: quia Deus est omnia in omnibus.

Cap. ix. de reliquis præceptis.

SI Deus ratione ordinis uniuersi statuit iustitiam: ideo homines tenentur illam seruare, & se conformare cum præceptis

ſtatuētis illam: cum ſtatutis uero Moſis homines deterrebant. cum illis uero a Chriſto pollicentur præmia ſeruantibus. In illa tamen ueteri fuerunt etiam ſtatuta decem præcepta: qm̄ ſunt de iure diuino/& naturali, & continent miſterium duaꝝ tabularum ſcriptarū digito Dei: propterea ſunt ſeruanda omni tempore. Cum igitur trinitas, quæ eſt ſumma maieſtas, ſit adoranda & profitenda ſm tres potentias uꝫ iraſcibilem/conꝯ cupiſcibilem/& rationalem per actum oris/cordis/& operis: ideo in prima tabula continetur triplex mandatum, uidelicet q̄ adoretur unus Deus: & iuretur in ueritate: & ſanctificetur dies ſabbati: In ſecunda uero continentur alia ſeptem, duo penes pietatem tributam patri æterno: per quam præcipitur q̄ patri naturali exhibeatur honor: per ſecundum/ne occidatur homo: & penes ueritatem tributam filio datur mandatum ne homo dicat falſum teſtimonium: & ſunt ſex. & ratione benignitatis ſeu bonitatis tributæ ſpiritui ſancto, danꝫ alia quattuor uidelicet non mechaberis: non concupiſces uxorem proximi: non faciet furtum: & non concupiſces rem alienam. Nam omnia iſta aduerſantur bonitati. & ſm maiora & minora nocumenta poſſunt cuariari culpæ/& pœnæ. Dantur autem tria conſilia euangelica, quæ ſunt obedientie/paupertas/& caſtitas: quia nō ſolum ſeruant hominem a malis, ſed etiā ab illis quæ poſſunt eſſe occaſiones ipſorum.

Cap. x. de oratione Dominica.

QVoniam contra concupiſcentiam carnis fuit ſtatutum ieiunium: & contra illam oculorum elemoſina: & contra ſuperbiam uitæ oratio, quæ eſt maxima ad inclinandum Deum: ideo Chriſtus docuit nos quemodo eſſet orandus non ſolum mente, qua ſæpe accenditur deuotio, ſed etiam uoce: & utroq; modo poſſumus petere ut compatiatur defectibus/& miſeriis noſtris, & aſpiciat cogitatus. Quando enim affectio eſt feruida & coadunata, & expectatio firma, & cor noſtrum pauidum ſæpe cum ſenſu uerboꝝ obtinetur gratia: dummodo

petamus quæ cedunt in honorem Dei, uel in præmium patriæ aut ad uiaticum muneris, siue quis petat pro se, siue intercedat pro aliis. Continet autem ista oratio septem petitiones trium primarum: una concernit diuinum honorem: secunda intellis gentiam ueritatis sacræ scripturæ: quia includunt mysterium nostræ salutis: tertia obseruantia uoluntatis diuinæ. ratione primæ dicitur in ea sanctificetur nomen tuum: & ratione se cundæ / adueniat regnum tuum: tercia per illud / Fiat uoluntas tua: hoc est q̃ nostra uoluntas conformetur cum diuina. Quæ uero pertinent ad statum uitæ, uel conferunt ad uitam uel ut p̃caueamur a malis, cõferentia petuntur, cum ait: panem quotidianum da nobis: per quod subintelliguntur cætera ne cessaria ſm corpus/& ſm spiritum. Amotio uero mali petit in tribus ultimis: quia uel malum habet rationem culpæ uel pœnæ/uel pœnæ. primum continetur in dimissione debitoꝝ: secundum in uictoria tentationum. tertium in liberatione ab oppressione malorꝝ. Diuisit autem Deus istas petitiones in septem: quia disposuit multa ſm hunc numerum. Sunt etiã septem uitia capitalia, a quibus debemus recedere: & septem dona/septem beatitudines/septem sacramenta/septem uirtutes/septem horæ canonicæ, per quas debemus incedere.

Trac. v. de sacramentis ecclesie.

Cap. i. de ipsorum quiditate & origine.

SAcramenta sunt signa, in quibus sub tegmento rerum sensibilium uirtus diuina secretissime operatur. & ex similitudine repræsentant, & ex institutione significant, & ex sanctificatione conferunt gratiam specialem qua anima liberatur a uitiis. Vocantur autem medicamenta: quoniam infirmitudo humani generis uidelicet culpa originalis ratione ignorantiæ infecit mentem: & ratione concupiscentiæ carnẽ: ideo respectu mentis medicina debuit esse spiritualis: & respectu carnis continere aliqua

signa

signa sensibilia: ut sicut sensus fuerunt causa lapsus, pariter eon currerent aliquo modo ad resurgendum: non dico q̃ signa contineant gratiam, sed solum similitudine naturali repræsentant/& præparant ad illam. Conferunt etiam, quia oportet q̃ elati/& increduli cum illis signis erudiantur/& humilientur, & cum diuersitate illorum se exerceant: itaq̃ excluſa accidia a concupiscibili per eruditionem, & excluſa ignorantia a rationali per exercitationem, & superbia ab irascibili per humilitatem tota anima curetur, & per gratiam reformetur: quæ licet conferatur a solo Deo, non tamen alligauit suam potentiam sacramentis. Istorum autem origo fuit Christus/& causa efficiens/deus materialis sunt signa prædicta. forma quæ consistit in uerbis, est eorum sanctificatio/finis/curatio/& salus nostra: quibus anima mundatur a sordicie peccatorum: & illa signa uocantur elementa: quia oblata oculis/& uerba auribus maiorem cognitionem imprimunt. Nam & isti duo sensus sunt maxime cognoscitiui. Signa igitur denotant sacra mysteria, & præparant ad sacra dona. Et quoniam dantur a laeratissimo Deo, debent deuote celebrari in ecclesia, & tempore congruo.

Cap. ii. quando inceperunt.

SI curant peccata quamdiu fuerunt ista, tamdiu illa: quare & ab initio mundi, & durabunt usq̃ ad finem. Semper tamen remedia posteriora fuerunt perfectiora, patet: quia sub lege naturæ loco sacramentorum erant oblationes & decimæ: & in lege ueteri etat introducta circumcisio: & fuit superaddita expiatio peccatorum per sacrificia. In lege uero noua licet sacramenta fuerint pauciora numero, sunt tamen utiliora/& nobiliora: euacuant etiam significata legis ueteris. In oblationibus uero legis naturæ inerat quædam occulta similitudo iustificatiõis peccati. & in circumcisione incœpit manifestari. in lege aũt Christi fuerunt apte declarata: quare dicitur q̃ lex naturæ erat umbra, & lex scripta figura, & ista gratiæ/& ueritatis

Cap. iii. de numero & instituto illorum.

SVnt autem septem uidelicet baptismus/confirmatio/eucharistia/pœnitentia/unctio extrema/ordo/& matrimonium: tria istorum sunt remedia originalis/mortalis/& uenialis/& alia quattuor ignorantiæ/malitiæ/infirmitatis/& concupiscentiæ: de tribus primis patet, quia contra originale est baptismus, contra mortale pœnitentia, contra ueniale extrema unctio. Et de aliis quattuor, quia cõtra ignorantiam est ordo, contra malitiã Eucharistia, & contra infirmitatem cõfirmatio, contra concupiscentiam matrimonium: baptismus disponit ad fidem, confirmatio ad spem, Eucharistia ad caritatem, pœnitentia ad iustitiam, unctio extrema ad perseuerantiam, ordo ad prudentiam, matrimonium ad temperantiam ratione honestatis nuptiarum. Et aliqui addunt ꝙ ingredientes ecclesiam muniuntur baptismo, stantes in ea confirmatione, & exeuntes extrema unctione, Eucharistia releuat a uenialibus, pœnitentia a mortalibus: ordo renouat in esse spirituali, matrimonium in esse naturali, quod licet sit ultimum, est tamen fundamentum ꝺm naturam: & omnia habent uirtutem sanctificandi, nisi impediantur ex parte suscipientis/uel malignitate conferentis. Et quoniam ante incarnationem erat matrimonium/& pœnitentia, ideo Christus potius confirmauit ista duo: de pœnitentia patet, quia prædicauit illam: & de matrimonio, quando interfuit nuptiis: & istas approbauit quando dixit: Audistis ꝙ masculum & fœminam fecit eos supple Deus. Confirmationem etiam & unctionem extremam insinuauit & instituit: de illa patet quando imponebat manus super paruulos. Et de unctione extrema, quando mittebat discipulos ad curandũ infirmos, quos ungebant oleo. Et quando se baptizauit, dedit formam baptismi: constituit etiã ordinem, quando dedit potestatem ligandi/& soluendi peccata. Sacramentum uero Eucharistiæ instituit quando se comparauit grano frumenti. Et quando imminente passione communicauit discipulos, quos tunc fecit sacerdotes, cum dixit: Hoc facite in meam commemorationem.

Cap.iiii. de ministris illorum:

Minister debet esse ordinatus ſ sacerdotio saltē respectu Eucharistiæ/pœnitētiæ/& unctionis extremæ. In cōfirmatione uero & in dādis ordinibus oportet ut sit Episcopus. Baptismus aūt & matrimoniū possunt in casu necessitatis dari a nō sacerdote, & a quocunq; homine bono/uel malo, etiam ab hæretico. Si enim Deus statuit omnia ſm æquitatem iustitiæ: & ut exigit dignitas ordinis uniuersi/& certitudo salutis: similiter oportet ut ministri dispensent sacramenta ſm iustitiam/& dignitatem ordinis, & q̄ actus sit certus & non fictus, nec imperfectus. Et ratione primi uidelicet æquitatis iustitiæ/sacerdos debet cogitare q̄ aliter operatur ut homo, & aliter ut minister Christi, & aliter ut procurator humanæ salutis. Nam ut homo debet omnia agere ſm rationem: & ut minister Christi: habere continue intentionem faciendi quæ statuit ipse: & ut procurator salutis conformare se cum ecclesia: quoniam ista recipit præcepta sacramentorum a Christo: unde ratione dignitatis debent seruari consuetudines/& statuta ecclesiæ, ne confundantur iurisdictiones in ea. Et quia actus debent esse certi, ideo si aliquis dubitaret de bonitate ministri: cum nemo sit certus an sit dignius odio/uel amore: ſ sacramenta non possent dispensari nisi a sacerdotibus bonis, nemo haberet certitudinem an susceperit effectum sacramenti: uel non, unde sæpe reiteraretur: & sic statuta ecclesiæ non fuissent firma/& certa: nec characteres essent eiusdem perfectionis in quocūq; sacerdote. Si dicas hæreticus est extra ecclesiam: quare non potest conferre: quia nullus saluatur extra istam: cum non sunt membra Christi. Respondetur q̄ licet conferens sacramentum sit extra ecclesiam non tamen donum Dei est extra illam. Est bene uerum q̄ ſ malus seu hæreticus ſn illo actu conferendi intenderet facere aliter q̄ facit ecclesia: nō cōficeret: sed deberet puniri de scismate.

Cap. v: an possint reiterari.

CErtum est ꝙ non quantum ad baptismum / confirmationem / & ordinem : quia in istis imprimitur character in anima : qui est indelebile : & si reiteraretur circa eandem materiam & personam, & ex eadem causa posset credi ꝙ prius susceꝑpta non fuissent, efficacia, nec fructuosa : quare derogaretur sapientiæ / ueritati / & bonitati diuinæ : quia ordinauit illa propter statum fidei : patet : quia baptismus distinguit fideles ab increꝑdulis, & cõfirmatio fortes ab infirmis & debilibus : & ordo seu ordines distinguunt ecclesiasticos a laicis : quæ omnia respiciunt statum fidei : diuersimode tamen, quia baptismus respicit statũ fidei genitæ ; confirmatio fidei roboratæ, ordo fidei multiplicatæ. Et quoniam baptismus est ianua / & fundamentum aliorum : ideo isto destructo cætera ruunt. Sacramenta uero quæ respiꝑciunt morbos uariabiles : & habent effectum uariabilem ratioꝑne nouæ causæ possunt reiterari.

Cap. vi. de forma / & seruandis in baptismo.

FOrma est : Ego te baptizo in nomine patris / & filii / & spiritus sancti, amen : Et ista uerba debẽt dici sine intermisꝑsione / & sine cõmutatione partium : nec debet aliquid superaddi nec subtrahi : qm̃ in ea exprimuntur tres personæ diuinæ. In ecclesia tamen primitiua fiebat solo nomine Christi : ut magis innotesceret. & ualebat, quia per Christum intelligebatur tota trinitas : quia est indiuisa & in essentia idem cũ uerbo. Debet etiam exprimi nomen baptizandi / & ter submergi in aquam in memoriã mortis / sepulturæ / & resurrectionis Christi : per quæ absterguntur a puero immundicies, & pelluntur tenebræ, & refrenatur concupiscentia. Fit autem baptismus cum aqua, qui a sua puritate mundat, & diaphanicitate illustrat, frigiditate repriꝑmit fomitem peccati : nec est periculum immergere puerum in ea : quia tepida non ledit. Sufficit etiã ut abluatur aliquod mẽbrum principale. Et licet paruuli per ipsum liberentur in fide ecclesiæ : adultis uero & si credant omnia condonari gratis : egẽt tñ pœnitentia : quia licet baptismus restituat hominẽ ad statum

gratiæ: non tamen tollit fomitem in totum. Fiúit autem ante baptiſmum exorciſmi ad fugandum demones, & liberandum baptizãdos: de eoꝝ ptãte: quære in noſtro lib. de ſacramẽtis.

Cap. vii. de confirmatione in particulari.

MAteria iſtius eſt chriſma, quod conficitur ex oleo oliuarꝝ/ & balſamo. forma ſunt uerba, quando Epiſcopus dicit Signo te ſigno crucis: confirmo te chriſmate ſalutis in nomine patris/& filii/& ſpiritus ſancti amen. Et quia nemo poteſt placere Deo ſine nitore conſcientiæ: nec proximo ſine odore bonæ famæ/& uitæ honeſtæ: ideo oleum quod eſt nitidum cõmiſcet balſamo, quod eſt odoriferum. Oportet igitur ut confirmatus conſtanter, & uere confiteatur nomen Chriſti cum conſcientia nitida, & ſine aliquo timore/& uerecundia: præſertim adulti: & quia iſta duo ſolent manifeſtari in frõte/& facie: ideo manus Epiſcopi tangit ambas cum ſigno crucis, ut pateat omnibus eõ firmatum in fide eſſe paratum mori pro Chriſto.

Cap. viii. de Euchariſtia.

IStud ſacramentum differt ab omnibus aliis: quia nullum aliorum habet gratiam permanentem, ſed ſolum ſignificantem: Euchariſtia uero nõ tantum ſignificat, ſed etiam continet corpus & ſanguinem Chriſti ſub duplici ſpecie panis/& uini: & hoc poſt conſecrationem factam a ſacerdote cum uerbis ordinatis & debita intentione prolatis: tunc enim tranſſubſtantiatur panis/& uinum in corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti, modo tamen ſacramentali/& non naturali: quia remanent illic illæ ſpecies/ſeu accidentia ſine ſubiecto. Et qui iſtud ſacramentum fideliter/& deuote manducat incorporatur eccleſiæ, & reficitur in ſeipſo, & mundatur a peccatis: aliter manducat ſibi iudicium: quia non diiudicat, hoc eſt non diſtinguit inter cibum/& ſacramentum. Iſtud amen inquantum eſt ſacrificium, uocatur oblatio: & prout prodeſt aliis communio,

& ratione gratiæ uiaticum: Christus autem instituit ipsum sm q̃ exigebat meritū gratiæ, & conueniebat statui uiæ/& nostræ capacitati: de gratia patet: quia si erat amissa per peccatum, fuit nobis per istud sacramentum restituta plenior/& longe maior. In eo enim nedum continetur amor/seu caritas Dei, sed etiam quæ inflāmant ad istam. Conuenit enim statui uiæ, ut fideles uniantur cum Christo capite, & transformentur in eum: quia manet nobiscum usq; ad finem sæculi. Et nisi esset uere in illa hostia, non fuisset institutum/nec datum nobis tempore uerita tis. Et licet non possimus ipsum aperte uidere: quia traditur ue latum sub illis speciebus. tales tamen similitudines sunt multū congruæ: quia per eas comprendimus/& degustamus gratiā inuisibilem: Et quoniam est gloriosum, & non potest diuidi in se, nec a diuinitate nec in partes separari: ideo totum est sub utraq; specie: & ratione simplicitatis quælibet pars hostiæ repræ sentat ipsum q̃diu potest tenere formam naturalem: qua non occupat locum: nec habet situm in eo. In illis tamen acciden tibus sine subiecto inest habilitas, qua recedēte corpore Christi ordine naturæ substātia panis/& uini redit ad illa. Et licet istud mysterium nō percipiatur oculo exteriori, potest tamen perspici spiritu media fide/& caritate illa illuminat cognitionē: & caritas inflāmat deuotionem: quare qui tepide/& indeuote accedunt, faciunt contumeliam Deo. Similiter qui non solemniter cele/ braret respectu loci/temporis/uerborum/& uestimentorum.

Cap. viii. de penitentia:

FAcultas pœnitēdi in statu uiæ uocatur secunda tabula post naufragium peccati, quæ consistit in confessione/cōtritione & satisfactione. Exigit enim iustitia Dei, & ordo gubernandi mundum: ut peccator uerbo se accuset, & animo pœniteat, & detestetur peccatum: & tertio ut actu satisfaciat: & tunc non restat nisi q̃ absoluatur ab habente iurisdictionē: a quo potest reintegrari ecclesiæ: nisi esset excōmunicatus: & confessor non haberet facultatem absoluendi: secus si haberet. Sicut tamen

Deus est misericors: pariter caput ecclesiæ/& prælati, qui sub eo gubernant ecclesiã, debent suscipere peccatores aduentiam: iuxta illud: Quotiẽs ingemuerit peccator: nõ recordabor, hoc est nõ putabo ad pœnã. Habet sane amaritudo cordis momentũ ad delẽdũ peccata cõmissa, & reintegrãdũ animũ in gratiã. Debet etiam homo habere propositum non recidiuandi: & de futuris petere a Deo cautelam, ut præseruetur. Et q̃uis iudicium uniuersale sit ferendũ in fine mundi: particulare tamen animæ debet proferri a sacerdote ueluti iudice inter nos/& Deum, a quo habet duplicem clauem, unam cognitionis ad distinguendum, aliam iurisdictionis ad ligandum/uel soluendum. Sacerdos tñ seu cõfessor non habet illam a se: quoniã si maxima iurisdictio competit summo sacerdoti, ueluti capiti: ideo ab isto diffundit in omnibus fidelibus. Et licet Epi & superiores eis habeant in diocesibus facultatem excõmunicandi subditos/Inobedientes: nõ tamen alii prælati inferiores. Illa etiam superiorum dependet a primo, qui potest eam suspendere/& auferre in totum/& si nõ debeat nisi ex culpa/uel ex magna causa:

Cap. x. de unctione extrema:

ISta munit exeuntes, & eius materia est oleum simplex consecratum, cum quo ungitur infirmus. Nec istud sacramentum potest dari pueris, licet nec nondum conuersis ad confessionem, nec de proximo pugnaturis: quia non sunt dispositi ad pœnitẽtiam. finis uero istius est ut exeuntes ex ecclesia, habeãt perpetuam felicitatem. Recipiens igitur postq̃ est mũdus, per confessionem/& contritionem, debet deuote eleuare mentem in Deum: quia per eam remittuntur uenialia: & quando contritio esset magna, possent remitti mortalia: quod extenditur ad omnia fere sacramẽta in tota uita. Oleum autem significat gratiam, & nitor puritatem conscientiæ, quæ facit ut preces infirmi sint Deo acceptæ. Vngitur autem in septem locis: quoniam si tres uires animæ deformãtur per peccatum, uidelicet sensitiuæ regitiuæ/& generatiuæ. membra uero quæ deseruiunt istis, sunt

septem: uꝫ oculus uisui: aures auditui: nares olfactui: manus tactui: os gustui: uirtuti uero progressiuæ deseruiunt pedes: & generatiuæ pudibūda: quorum loco propter honestatē unguent tenes/seu lumbi. Et sicut oleum est consecratū: similiter oportet ut unctio fiat per manus consecratas sacerdotis. Nec istud sacramentum conuenit in aliquo cum confirmatione: quia ista præparat ad pugnandum pro fide. unctio extrema eleuat mentem ad cœlum: forma in illa est iudiciaria: in ista deprecatiua. in illa suscipientes ut plurimum sunt paruuli: in ista adulti: illa datur ab episcopo: ista a sacerdote: & potest reiterari: & si nō in eadem egritudine, non autem illa.

Cap. xi. de ordinibus.

ORdo est signaculum quo potestas spiritualis traditur ordinato, & distinguitur in septem gradus: primus est hostiarius: secundus lector: tertius exorcista: quartus accolitus: qntus subdiaconus: sextus diaconus: septimus sacerdos. tōsura uero clericalis / & psalmistratus sunt potius præparatorii: & si Isydorus aliter sentiat. Quattuor uero dignitates uꝫ Episcopatus/Archiepiscopatus/Patriarchatus/& Papatus: forte non ponunt in numerum, sed solum distinguunt iurisdictiones. Corona fit in capite ordinandi, ne capilli impediant eleuationem mentis in Deum: & quando tonditur dicitur ei: Dominus pars hæreditatis meæ. subdit tū psal. & calicis mei, hoc est passionis: & tu restitues eam mihi &c. Clericus igitur qui significat idem quod sors: non debet negligere uerba p̄dicta. Ad sacerdotez proprie spectat consecrare corpus Christi: cui alii sex ordines subministrant: & p̄m maiorem uel minorem propinquitatem ad gradum sacerdotalem sunt magis & minus perfecti. Nam quanto excellentia magis ascendit maiorem acquirit unitatem: patet: quia minor est numerus Archiepiscopoꝝ q̄ Episcopoꝝ, similiter Patriarcharum: & tandem Papa est unus, a quo solo ut a capite dependet status ecclesiæ p̄m eius cōgruentiā. Vnde est cauendum ne sacramenta ecclesiæ ministrentur a criminosis:

nec ab irregularibus/& ignauis, sed ab habentibus conscientiã mundam, & ab honestis/& litteratis personis/& in loco sacro, & stomacho ieiuno, & temporibus a iure permissis. Quæ autem uerba dicantur, quæue cerimoniæ seruentur, quando ordines cõferuntur, et quare reseruentur Episcopo in nostro libro de sacramentis dictum est: & si etiam pateant in pastorali.

Cap. xii. de matrimonio.

Iste est legitima coniunctio maris / & fœminæ individuæ uitæ cõsuetudinem continẽs. Fuit aũt institutum ante peccatum, & tunc significabat cognationem animæ cum Deo, post lapsum uero est remedium peccati, & significat coniunctionem Christi/& ecclesiæ. Libido nancꝫ quæ superuenit, curatur per matrimonium: quod & si ante peccatum fuisset sacramentum, non tamen ut nunc, unus tamen coniugum tunc sicut nunc interuenit loco agentis ut uir, & alter loco patientis: ut uxor. Et contrahitur per uerba de præsenti, & requiritur liber/& mutuus consensus: & quando est consumatum per carnalem copulam, dicitur ꝙ continet tria bona, uidelicet fidem/prolem/& sacramentum. Contractum uero per uerba de futuro non est proprie matrimonium: nisi postea fuisset consumatum: quia tunc plene reducitur corpus unius in corpus alterius: consumatio enim facit uinculum indissolubile, quo uterꝙ tenetur redde re alteri debitum. Enumerantur autem duodecim impedimenta, uidelicet error/conditio/uotum/cognatio/crimen/disparitas/cultus/uis/ordo/ligamen/honestas, si iis affinis, si forte coire ne quibis. Causa est, qm̃ si lex matrimonii statuit ꝙ coniunctio ipsius procedat ex libero & mutuo consensu amborum. Iste autem potest impediri, uel quando consensus prestatur per ignorantiam/uel uiolentiã: & sunt duo impedimenta, uidelicet error & uis. Potest etiam tolli libertas, qñ alter illoꝛ esset prius ob ligatus alteri: & id uel Deo per uotũ exp̃ssum, uel per aliquod annexum uoto: ut qui prius suscepit ordines: & sunt alia duo, et in totum quattuor: et ulterius alter contrahens poterat esse

obligatus homini, ut quando habebat aliam uxorem : uel ratione criminis ut quando mechus uel mecha fuissent operati in mortem coniugis, uel ipso uiuente dedit fidem alteri : sic sunt alia tria, & in totum septem : & quia debet esse inter personas non prohibitas a lege quando essent propinqui ratione affinitatis/uel consanguinitatis, uel per priorem cõmixtionem sexuũ: & sunt duo alia impedimenta, uidelicet cognatio/seu affinitas, & publicæ iustitiæ honestas, & in totum nouem. Potest etiã impediri quando unus uel alter non posset se cõmiscere carnaliter, & sunt decem : uel quando unus est seruus & alter liber, & sunt undecim : uel quando unus esset christianus / & alter paganus/uel iudæus : & ista uocatur disparitas cultus respectu religionis, & sunt duodecim. Et licet pontifex interdum possit declarare matrimonium esse nullum : secus tamen de contracto inter christianos & consumato, iuxta illud : Quod Deus coniungit, homo non separat.

Trac. vi. de statu anime. post mortem.

Cap. i. de purgatorio.

QVando aliquid iustificatur absq; eo q; integre fecerit pœnitentiam, oportet ut compleat eam in purgatorio. Et quoniam per peccatum est offensus Deus/& ecclesia, & deformata imago trinitatis in peccatore : offensa Dei exigit punitionem, & ecclesia q; satisfiat, & deformatio imaginis purgationem : unde pena debet habere uim puniendi / satisfaciendi / et purgandi. Punitur enim anima : quia spreuit bonum æternũ et summum : et quia subiecit se infimo et inferiori, debet suscipere pœnam ab illo, a quo contraxit culpam, et sicut sepsam uilem. Et licet sit sine corpore, punitur tamen ab igne : quia est instrumentum Dei, quod non agit ad finem transmutandi, sed inferendi pœnam : quæ tamen longe differt ab illa inferni. Nã

licet existentes in purgatorio non possint mereri: quia pœnæ non sunt ibi uoluntariæ: quia tñ non perdiderunt gratiã, ideo non possunt absorberi a tristitia, nec uenire in desperationem, nec in blasphemiam: nec quærunt quiescere: quare sunt ualde minores respectu inferni. Et licet debeant mundari ab omni deformitate, aliter non trãsirent ad gloriam. Quanto tamen cognitiones animæ sunt illic magis intensæ/seu accensæ de futura beatitudine, tanto magis releuant a pœna.

Cap. ii. de suffragiis ecclesiæ:

Ieiunia/elemosinæ/orationes/& peregrinationes conferunt illis de purgatorio ad minuendas pœnas/& ad accelerandũ exitum, magis tamen & minus ſm maiorem & minorem caritatem orantium. Exigit enim regimen diuinæ prouidentiæ, ut preces uiuorũ possint subleuare miserias qualitatis humanæ, nec derogatur rectitudini iustitiæ: quia loco istius succedunt præ dicta bona/ac etiam orationes ecclesiæ/& sanctorũ uiorũ. Nã ieiunia/orationes restituunt honorem Deo, & cum sacrificiis missarum satisfit ecclesiæ: quia cum istis offertur Christus. Et Greg. inquit ꝙ propter meritum missarum uidit multos cito liberatos. De exequiis uero Aug. in libro de cura pro mortuis dicit ꝙ cura funeris/& pompæ illarum/& sepulturæ sunt consolationes uiuorũ, & non subsidia mortuis. Nec suffragia pro sunt dãnatis: quia sunt penitus separati a corpore Christi mystico: nec beatis, quia sũt supra statũ merendi. Existentes uero in purgatorio sunt membra ecclesiæ: cuius preces non possunt esse uacuæ, nec illæ bonarum personarum, quando intentio est recta. Et licet meritum missæ communicetur aliquibus aliis, non tamen prodest eis, sicut illis pro quibus celebrantur. An autem Pontifex possit cum indulgentiis extrahere omnes animas de purgatorio, & an ecclesiæ ipsius extendantur ad illos, in libro. v. tract. v. tertiæ partis nostræ philosophiæ moralis plene dictum est.

Cap. iii . de pena inferni .

INfernus est in loco inferiori, in quo cū igne omnes reprobi punientur. Si enim anima neglexit misericordiā Dei merito cecidit in seueritatem iustitiæ: quæ punit peccata, non solū quantum ad radices, sed etiam circunstantias: quia dedecus totius peccati non debet, nec potest manere sine decore totius iustitiæ. Et sicut uoluntas uoluit perpetuo delectari in mundo, similiter perpetuo separabitur a Deo. Et dato ꝙ delectatio fuisset pauca, uel parum duraſſet, deordinatio tamen uoluntatis non reuocata, cēsetur perpetua: quia sicut nunq̄ recessit a malo proposito, similiter iustitia non desistet a puniendo. Et q̄is peccatum ratione delicti continuati respectu Dei offensi, deberet habere pœnam infinitam: quia tamen ista non posset sustineri: ideo infinitas, compensatur cum successiua/& continuata duratione temporis. Non enim conuenit ꝙ iustus iudex mutet sententiam, si uoluntas libidinosa noluit desistere a delinquendo: Et quia contempsit summum bonum Dei, & uoluit inhærere bono infimo: ideo talis transgressor siue ſit homo/ siue spiritus debet præcipitari in locum infimum/& profundissimum infernum ualde distātem a statu gloriæ: & sic creatura spiritualis patitur ab igne/& sulphure: quoniam sicut anima simul cum corpore subiecit se sordibus peccatorum, pariter ambo subiicientur igni corporeo, & ambo post diem iudicii simul æternaliter affligentur. Quia tamen reatus culpæ nō fuerunt æquales: ideo ab eodem igne una cremabitur plus, alia minus. Causa uero cur ille ignis agit/& non consumit, & semper affligit/ & non interimit, est quia non agit/seu non operatur ad finem ut multiplicet individua, sed ut anima puniatur: quare sufficit ut solū continuet actionem: nec interea acerbitas tollit æternitatem pœnæ, nec æternitas acerbitatem: quia eius actio est continuata & uniformis. An aūt ille ignis agat spiritualiter, tenetur a multis ꝙ sic, præsertim ante reassumptionem corporis, & est modus: quia anima percipit illum tanq̄ disconuenientem suæ naturæ. Affligitur etiam cum cogitat ꝙ debet reassumere corpus / & punīri

puniri ab illo actione reali. Nec obstat q̃ post diem iudicii cessabit motus cœli, a quo dependet actio elementorũ: quia licet non poterint forte transmutari in uirtute cœlorum, secus in uirtute primæ causæ, quæ potest supplere uices aliarum: & satis supplet postq̃ sic ordinauit. Postremo peccatores dicuntur puniri triplici pena: quia ratione auersionis a Deo priuantur eius uisione, & propter conuersionẽ ad res creatas pœna incendii materialis: & propter pugnam rationis cum uoluntate pœna uermis: quæ sane simul sunt magnæ/& acerbæ.

Trac. vii. de vniuersali iudicio.

Cap. i. ad sit ututum.

CErtum est ſm fidem q̃ sic, tum quia istud exigit ueritas diuinæ iustitiæ: non enim debent eodem modo præmiari boni et mali, tum quia idem requirit ordo uniuersi: quia si creatura rationalis habuit legem disciplinæ ad finẽ consequẽdæ beatitudinis: qa talis ordo et finis pollicitus: exigũt q̃ Deus aliter se habeat cum obseruatoribus, et aliter cũ illis qui neglexerunt talẽ beatitudinem. Et quoniam culpæ cõmissæ similiter circunstantiæ peccatorũ debent constare iudici: ideo conscientiæ hominum erunt apertæ/& elatæ, & occulta cordis omnibus manifesta, aliter iustitia non esset scia ueritatis. Et quia sententia debet ferri ab eo qui possit audiri & uideri, ideo feretur a Christo non tñ uerbum cum eo poterit perspici a peccatoribus quia uisio illius non esset sine gaudio quo illi priuabuntur: unde uidebitur in forma humana, secundum quam sua uoce disceptabit cum reprobatis & deterrebit eos & faciet bonos securos. Et quia feret sententiam inquantum Deus: ideo ab ea non poterit appellari. Q uisq; igitur cogitet q̃ stipendia, quæ in alterum intulit, eadem ipse debeat expectare.

Cap. ii . de illis que precedent iudicium.

CONflagratio ignis precedens faciem Iudicis exuret figuram huius mundi ita ꝙ peribit : & non destruetur in totum . Sed elementa deuastabuntur tum quia si homines debent renouari & purgari: quare & elementa ex quibus ipsi constant. Adhuc si deus fecit mundum sensibilē propter hominem ideo isto innouato innouabitur mundus absq; tamen regeneratione alterius : quia tunc non erit vicissitudo diei & noctis unde Ysidorus sol inquit : suscipiet mercedem laboris : & Zacha . xiiii. erit inquit dies : una que nota est domino. Et licet mūdus fuerit institutus in statu quietis labente tamen homine , ille etiā erit perturbatus . Quare cardines inferiores orbis cōmouebuntur ab illo igne : quia inter elementa nullum reperitur quod possit uelocius & horribilius mouere alia : & reprobi qui contempserunt deum damnabuntur ad penam perpetuā in illo a quo etiā cetera elementa subtiliabuntur & terre nascentia destruentur : ita ut nedum homines : sed etiam demones conturbentur. Cum illis uero de purgatorio: qui nondum erunt purgati diuturnitas temporis compensabitur cum acerbitate pene. Et sicut alias mūdus fuit mundatus per aquam diluuii a fetore luxurie: sic nunc ꝙ ignem purgabitur a sordibus auaricie & refrigeratione caritatis. Elementum igitur ignis quod non est ulterius resolubile habebit maiorem uim alterandi : alia absq; eo ꝙ non perdant suam formam . Et licet possit inflammare rarefacere & subtiliare non tamen corrumpere : quia non oportet ut aliquid de nouo regeneretur . Dices forte si elementa sunt inuicem proportionata adeo ꝙ unum cōtemperatur ab altero : quomodo igitur ignis poterit adeo effrenitare seu facere tot mirāda. Dicitur cōmuniter ꝙ deus forte seruauit ad diem iudicii aliquam partem ipsius separatam a toto uel poterit aliquam creare de nouo puto tamē ꝙ potius suspendet resistentiā aeris: & alioqꝫ. Mūdus igitur finietur in die iudicii : quia tunc erit complerus numerus electorum ; propterea cessat ratio afferentium perpetuitatē : seu renouationem alterius

mundi/quia sicut pater non potest facere: nec pollicetur que sunt in preiudicium superuenientium liberorum pariter nec deus in illorum qui possent de nouo generari. Si enim istud esset uerum / destrueretur ordo uniuersi ac etiam naturæ que abhorret infinitum, & qua complebuntur etiam motus celestes ideo cessabūt generationes, & corruptiones animalium & sic ultima corruptio sequetur ultimam generationem.

Cap. iii. de resurrectione futura.

COnstat iam recte considerantiq; Iustitia dei exigit q; qui demeruit puniatur in corpore, & anima/& ille qui bene egit assimiletur christo: quare etiam q; homo resurgat cum anima: & corpore qa in statu uie ambo, & simul sunt operati/un de nisi resurrectio esset futura fides nostra non reportaret premium/nec manifestaretur equitas diuina quin potius promissiones filii dei nos fallerent/nec prodesset meritum christi: nec preces matris sue: que omnia exigunt ut boni resurgant cum gratia & gloria: & mali cum penis & defectibus. Et quia boni sunt facti conformes christo: in quo nullus fuit defectus membrorum cum debita statura, & formosa effigie ideo bene meriti resurgent: cum istis sine aliquo uicio nature, uel moris. Et si aliquod membrum illi deerit supplebitur, & omne deordinatum corrigetur, & paruuli reducētur ad quantitatem corporis Iesu christi. Cum etiam proprius actus fiat in propria materia: ideo anima rationalis que est operata cum corpore: quando resurget reassumet illud idem. Et sicut ipsa est ppetua similiter corpus erit perpetuum: aliter ipsa non spiraret ad uitam Idemptitas: tamen corporis intelligitur quantum ad membra principalia, & humiditates radicales, & alia necessaria ad speciem. Partes uero carnis secundum materiam, & alia que sunt ad bene esse corporis: uel ad congruitatem non sunt omnino necessarie saluabitur tamen tota ueritas humane nature.

Trac. viii. de statu anime beate.

Cap. i. de illis quæ ualent ad præcognitionem

OPortet ante alia credere euangelio Lucæ .ii. O inquit stulti/& tardi corde ad credendum: nesciebatis q̄ oportebat Christum pati,& ita intrare gloriam suam. Aug. autē uolens monstrare summum bonum, tolle inquit hoc & tolle illud, hoc est bonum concretum: quia istis remotis remanet illud quod est per se simplicissimum: patet, cum subdit utiq; Deū uidebis, uidelicet neglectis illis concretis: Posuit tamen se licitatem patriæ in sola uisione Dei, & si possit consistere in delectatione consequente talem uisionem. Beatus uero Greg. loq̄ens de illo simplici & summo bono. Considerari idquit nō potest quanta sint gaudia cœlestia in cōsortio angelorum cū aliis beatissimis spiritibus assistere gloriæ conditoris,& eius uultum & lumen in circumscriptum uidere,& nullo timore mortis affici, sed perpetuo munere letari. Et Christus q̄ nemo potest esse suus discipulus, qui non relinquit omnia,& se transferat ad talē cognitionē. Pro notitia tū referemus primo quæ dicuntur,& postea conabimur ostendere causas. Dicitur autē q̄ gloria/seu beatitudo patriæ cōsistit in triplici præmio: Primū & substantiale causatur ex uisione/fruitione/& tēsione, quæ tria sunt finis pacis in sempiternum. Secundum consistit in gloria corporis, quæ uocatur stola animæ: quia debet reassumi ab ea quod fiet mediantibus quattuor dotibus, quas corpus acquiret: & ista gloria erit illis maior/uel minor ꝑm maiorem uel minorem gradum caritatis. Tertium præmium est accidentale, & consistit in quodam decore superaddito, quod uocatur aureola: quæ debetur tribus generibus hominum, uidelicet martyribus prædicatoribus/& uirginibus. Nam si anima humana habet tres potentias: una concupiscibilis, qua debent deuitari cupidines uacuæ/& noxiæ. secunda irascibilis, qua homines debent esse parati subire mortem pro Christo. tertia rationalis, cuius consilio dirigimur in finem: quare illis tribus generibus iustoꝝ

debetur aureola, quæ est quædam præeminentia accidentalis: quæ tamen non datur ratione desiderii bene agendi, sed operis operati cum caritate.

Cap. ii: de causis narratorum.

PRo notitia præsupponunt sancti q̃ Deus in producendo mundum ostendit summã potentiam, & in gubernãdo sapientiam, & in conseruando elementiã, in remunerando uerã iustitiam: de potentia patet, quia produxit ipsum ex nihilo: & de sapientia, quia fecit aliqua prope se ut angelos, & aliqua distantia a se ut materiam primam, & cum eadem fecit hominẽ ex natura corporali/& anima rationali incorporea: & eius partẽ supræmam illustrauit libertate arbitrii: & partem inferiorem subiecit illi supræmæ rationali, & istam Deo: & de elementia, quia quando primus homo cecidit, Deus tempore congruo reparauit lapsum, assumendo naturam hominis, & in ea satisfecit peccato: & de iustitia, quia ordinauit ut boni haberent gloriam sempiternam/& mali pœnam. Vnde si Deus debet retribuere sm ordinem iustitiæ stantibus promissionibus factis per Christum, non uidetur q̃ possit recompensare imaginem trinitatis, quæ est in homine cũ aliquo, qđ sit minus fruitione trinitatis: nec faciare talem imaginem sine aliquo, qđ sit cõforme gloriæ suæ: quare ut cum suo intellectu cognoscat ipsam trinitatem, & cum uoluntate eam plene diligat, & cum memoria retineat eam in æternũ, ut tandem mediis istis tribus uirtibus tota essentia possit configurari cum suo creatore: aliter felicitas non esset status omnium bonorum aggregatione perfectus:

Cap. iii. de reassumptione corporis.

COrpus humanum fuit a summo Deo alligatum animæ rationali, ea lege, ut cum suis potentiis subiiceretur ipsi animæ: quæ sane non esset perfecte beata, nisi sibi restitueretur illud, in quod etiã inclinat per naturam. Nec ista restitutio

esset uera/ nec completa: nisi fieret particeps claritatis sue hoc est: q̄ claritas istius redundet in illud. Et propterea oportet ut cō municet illi tam intrinsece q̄ extrinsece: quattuor dotes uidelicet claritatis/ subtilitatis/ agilitatis, & impassibilitatis: aliter nō posset fieri particeps eternitatis/ nec esse cōforme anime iuxta illud, A summo capite ad oram uestimenti. Et intelligitur q̄ gratia dei infundatur corpori subintellecto per uestimētum. Nam & dona spiritussancti fuerunt in mente christi nō solum in habitu caritatis: sed etiam respectu decoris corporis.

Cap. iiii. de essentia gaudii celestis.

Istud posset imaginari quando anima esset elcuata per fidem supra suas uires: tunc enim sic abstracta, est apta p̄spicere q̄ illud gaudium excedit omnē comprensionem. Potest tamen quilibet fidelis suo discursu intelligere q̄ si beatitudo mundi est magna: quanta erit illius qui fecit ipsam: nō dico q̄ possit precise sciri: quia nemo unq̄ quantūuis beatus potuit nec poterit exprimere quid illa sit: aut quid erit: uel non erit. Et licet Augu. dicat q̄ beatus est qui habet quicquid uult, & nihil mali uult: illud tamen continet longe plura quā anima possit desiderare: aut uelle. Nam si delectat pulchritudo: fulgebunt iusti sicut sol: si uita salubris beati in perpetuum uiuent. Si sanctas: saciabuntur cum apparuerit gloria dei. Si melodia: ibi erunt angeli qui concinent sine fine, Si cupis mundam & sinceram delectationē torrente uoluptatis tue potabis eos deus. Si sapientia illa dei ostendet seipsam. Si amicitia diligent deū plus q̄ seipsos. Si concordia omniū erit una uoluntas. Si potestas omnes erunt compotes sue uoluntatis: quia uolent idem quod deus & quod uolent: non poterit non esse. Si exigent honorem deus seruos suos bonos & fideles super multa constituit, imo filii dei, & dii uocabuntur & ubi erit deus: ibi erunt illi heredes quidem dei & coheredes christi, Si ueram securitatē omnes erunt certi q̄ illud bonum erit semper futurū: nec deus potest recedere a confirmatis ab eo quia non mutatur, quomodo

autem omnes sensus exteriores possint exire in actum: & operari in patria circa propria obiecta in nostro libro de origine anime ostensum est.

Cap. v. de aliorum declaratione.

ALiqui uero extollentes beatitudinem patrie suadent quoniã si tu amas aliquem sicut teipsum: si uelles eandem beatitudinem pro eo sicut pro teipso: tunc si ille haberet eam dupplicaretur gaudium tuũ qa nõ minus gauderes pro eo quã pro teipso. Si uero essent duo uel tres uel plures haberes tantũdem pro singulis quantum pro teipso: quoniam omnes sicut teipsum amares: Ista & si referantur sicut tamẽ parum mellis super multa aqua perdit saporem, pariter amor hominis: quia est finitus non potest dispartiri in tantos: nisi forte: instar illorum qui diligunt rempublicam. Ideo magis consonat: ut unus lõge plus gaudeat de beatitudine dei q̃ de sua: uel de aliquo alio: quia ilã sola potest sine diminutione extendi ad omnes quos amamus: et de ista dicitur: q̃ non potest sciri quid deus tribuit diligentibus eum. Nam si est diligendus toto corde: tota mente: tota anima potest inferri: q̃ amor noster non debet dispartiri in alios: sed uniti cum deo. Et licet ex hoc non possit sciri quanta sit beatitudo: ostendit tamen q̃ tantum gaudebimus: quantum amabimus: non alios sed deum. Si arguas q̃ felicitas debet esse in potestate felicis: istud dicitur ratione securitatis & certitudinis: que in celo non potest esse maior. Nam licet felicitas hic & ibi conueniat: quantum ad dependentiam obiecti: in celo tamen est presens hic uero absens: ista mundi consistit in operando secundum uirtutes Theologicas: uel intellectuales illa celi in cõprendendo & actu uidendo: In mundo uero obiectum non percipitur nisi discursu. Et quando iste deficit desinit etiam cõprensio obiecti. Superna autẽ perpetuatur uisione intuitiua que continue delectat. Discursiua enim propter distantiam obiecti ac etiam improportionem potentie ad illud nõ potest haberi: nisi forte specialissima gratia qua solum cognosci

mus quantū amamus. Est igitur orandum ut Deus disponat nos in nia ad cognoscendū & amandū ipsum, & q ita augeat amor hic, seu q sit a Deo intensus in spe ut possit impleri in cœlo uidendo eum facie ad faciem.

O Summe pater da ueniam: non enim inficimur, sed fatemur peccata. O individua trinitas si sermo tue immense sapientiæ nequit fallere: si incomprensibilis bonitas mentes omnium prouocat in suum affectū: aspice humiles & deuotas preces nostras, & si meritentur audiri, ita illas confirma, ut os nostrum sublime nomen tuæ maiestatis continue sanctificet/& extollat, & cor adeo inflamme sin te, ut per ardorem amoris transformati in felicitatē perennem patriæ, cui cum beatissimis spiritibus preces inducamur.

O gloriosa uirgo regina cœli splendidior stellis, quæ ita Deo placuisti, ut quem non capit uniuersum, in tuis uisceribus suā lucem abscondidit: funde obsecro preces ne spes nostra frustretur neue fides pereat, nec feruor caritatis remanear uacuus, mecq; miserum interea tuo sub clipeo ab ictibus callidi hostis tueare.

Registrum a.b.c.d.e.f. Omnes terni excepto .f. duerno

Romæ excusum in ædibus Iacobi Mazochii Ro. academiæ Bibliopolæ: Anno salutis. M.D. XXI. Die Decima Septembris. Pontificatus. D. D. Leonis Papæ Decimi Anno Nono.

mus quantū amamus. Est igitur orandum ut Deus disponat nos in usu ad cognoscendū & amandū ipsum, & q̄ ita augeat amor hic, seu q̄ sit a Deo intensus in spe ut possit impleri in cœlo uidendo eum facie ad faciem.

O Summe pater da ueniam: non enim inficimur, sed fatemur peccata. O individuā trinitas si sermo tue immense sapientiæ nequit fallere: si incomprensibilis bonitas mentes omnium prouocat in suum affectū: aspice humiles & deuotas preces nostras, & si meretur audiri, ita illas confirma, ut os nostrum sublime nomen tuæ maiestatis continue sanctificet/& extollat, & cor adeo inflamme tin te, ut per ardorem amoris transformati in felicitatē perennem patriæ, cui cum beatissimis spiritibus preces inducamur.

O gloriosa uirgo regina cœli splendidior stellis, quæ ita Deo placuisti, ut quem non capit uniuersum, in tuis uisceribus suā lucem absc̄odidit: funde obsecro preces ne spes nostra frustretur neue fides pereat, nec ferūor caritatis remaneat uacuus, meq; miserum interea tuo sub clipeo ab ictibus callidi hostis tueare.

Regiſtrum a.b.c.d.e.f. Omnes terni excepto .f. duerno

Romæ excusum in ædibus Iacobi Mazochii Ro. academiæ Bibliopolæ: Anno salutis .M.D. XXI. Die Decima Septembris. Pontificatus .D. D. Leonis Papæ Decimi Anno Nono.

mus quantū amamus. Est igitur orandum ut Deus disponat nos in uia ad cognoscendū & amandū ipsum, & q ita augeat amor hic, seu q sit a Deo intensus in spe ut possit impleri in cœlo uidendo eum facie ad faciem.

O Summe pater da ueniam: non enim inficimur, sed fatemur peccata. O individua trinitas si sermo tue immense sapientiæ nequit fallere: si incomprensibilis bonitas mentes omnium prouocat in suum affectū: aspice humiles & deuotas preces nostras, & si mererentur audiri, ita illas confirma, ut os nostrum sublime nomen tuæ maiestatis continue sanctificet/& extollat, & cor adeo inflamme tin te, ut per ardorem amoris transformati in felicitatē perennem patriæ, cui cum beatissimis spiritibus preces inducamur.

O gloriosa uirgo regina cœli splendidior stellis, quæ ita Deo placuisti, ut quem non capit uniuersum, in tuis uisceribus suā lucem abscondidit: funde obsecro preces ne spes nostra frustretur neue fides pereat, nec feruor caritatis remanear uacuus, meq; miserum interea tuo sub clipeo ab ictibus callidi hostis tueare.

Registrum a.b.c.d.e.f. Omnes terni excepto .f. duerno

Romæ excusum in ædibus Iacobi Mazochii Ro. academiæ Bibliopolæ: Anno salutis .M.D. XXI. Die Decima Septembris. Pontificatus. D. D. Leonis Papæ Decimi Anno Nono.

mus quantū amamus. Est igitur orandum ut Deus disponat nos in ea ad cognoscendū & amandū ipsum, & ꝙ ita augeat amor hic, seu ꝙ sit a Deo intensus in spe ut possit impleri in cœlo uidendo eum facie ad faciem.

O Summe pater da ueniam: non enim inficimur, sed fatemur peccata. O indiuidua trinitas si sermo tue immense sapientiæ nequit fallere: si incomprensibilis bonitas mentes omnium prouocat in suum affectū: aspice humiles & deuotas preces nostras, & si meretur audiri, ita illas confirma, ut os nostrum sublime nomen tuæ maiestatis continue sanctificet/& extollat, & cor adeo inflamme in te, ut per ardorem amoris transformati in felicitatē perennem patriæ, cui cum beatissimis spiritibus preces inducamur.

O gloriosa uirgo regina cœli splendidior stellis, quæ ita Deo placuisti, ut quem non capit uniuersum, in tuis uisceribus suā lucem abscōdidit: funde obsecro preces ne spes nostra frustrata neue fides pereat, nec feruor caritatis remanear uacuus, mecq; miserum interea tuo sub clipeo ab ictibus callidi hostis tueare.

Registrum a.b.c.d.e.f. Omnes terni excepto .f. duerno

Romæ excusum in ædibus Iacobi Mazochii Ro. academiæ Bibliopolæ: Anno salutis .M.D. XXI. Die Decima Septembris. Pontificatus .D. D. Leonis Papæ Decimi Anno Nono.

Digitized by Google